[Πότημα πρὸς δυσεντερικοὺς καὶ κοιλιακοὺς καὶ λειεντερίαν.] Ῥοῦν καθεψήσας δι' οἴνου στύφου εἰς τρίτον, δίδου πιεῖν, οἷς ἡ κοιλία οὐ καλὰ φέρει. ἄλλο. κηκίδα δι' οἴνου αὐστηροῦ καθεψήσας πότιζε τοὺς ῥευματισμένους τὴν κοιλίαν πρὸς δύναμιν.

[Πρὸς στρόφον καὶ ὀδύνην γαστρός.] Δίδου κύμινον μασώμενον καὶ καταπινόμενον. ἄλλο. κνίκον καὶ τήλεα τρίψας καὶ ἑψήσας δίδου ἀφέψημα πίνειν. ἄλλο. δαφνίδας ξηρὰς καὶ φλοισθείσας τρίψας δίδου πίνειν κοχλιάρια θ'. ἄλλο.

[*Linctus ad dysentericos, coeliacos et lienteriam.*] Laserpitii ramenta melli commiscens linctui dato. *Aliud.* Ovum, mel, vinum, mali punici putamina pari portione in unum miscens frigito et piperis modicum inspergito ac potionem dato; vehementer facit. *Aliud.* Ova tria accipiens in aceto conjicito ac ita per triduum macerari finito; deinde similaginis modicum capiens cum tribus ovis subigito; mox assans et meraco vino madefaciens exhibeto.

[*Potiones ad dysentericos, coeliacos et lientericos.*] Vinum astringens, cui rhus obsoniorum usque ad tertias incoctus sit, potandum jubeto quibus ventriculus male se habet. *Aliud.* Vinum austerum cui galla incocta sit illis potui pro viribus concedito, quorum ventriculus fluxione vexatur.

[*Ad tortiones et dolores ventris.*] Da cuminum mandendum et devorandum. *Aliud.* Cnicum et foenumgraecum tere et coque et da decoctum bibendum. *Aliud.* Baccas lauri siccas et excorticatas tere et da bibenda cochlearia novem. *Aliud.* Serpyllum terens da cum vino

Ed. Chart. X. [629.]
ἕρπυλλον τρίψας δίδου σὺν οἴνῳ πίνειν. ἄλλο. ἀφέψημα σαμψύχου δίδου πίνειν σὺν οἴνῳ. ἄλλο. ἠρυγγίου ῥίζαν δίδου σὺν οἴνῳ πίνειν ἢ ἀφέψημα σταχύος ἢ καστόριον. πρὸς τὴν δὲ ὀδύνην τῶν δυσεντερικῶν κυδώνια σὺν κηρωτῇ ῥοδίνῃ ἢ μυρσινίνῃ τὰ ἴσα τῇ γαστρὶ ἐντίθετι.

[Πρὸς κωλικήν.] Γῆρας ὄφιος ἐν ἀγγείῳ χαλκείῳ φρύξας σὺν ἐλαίῳ μέχρι τοῦ καίεσθαι, αὐτὸ δὲ διαλύσας ἐν ἐκείνῳ ἐλαίῳ καὶ ἐξ αὐτοῦ σὺν δακτύλῳ σου κατάχριε. ἄλλο. βάλανον ὀπίῳ ἐν χυλῷ τῆς θρίδακος τετηγμένῳ περιχρίσας εἰς δακτύλιον ἐντίθετι.

[Πρὸς διάῤῥοιαν γαστρός.] Καλλίτριχον ἑψήσας ἐν ὕδατι δίδου πιεῖν. ἄλλο. στοιβὴν τὴν εἰς τὰ κεράμια, τὴν ἀκανθώδη κόψον εἰς ὅλμον καὶ ἕψει δι' ὕδατος καὶ δίδου πιεῖν τὸ ὕδωρ κοιλιαλγοῦντι, ἀπυρέτῳ δι' οἴνου, πυρέττοντι χωρὶς οἴνου. ἄλλο. καρύων φλοιὸν τὸν περικείμενον περὶ τὰ τρωγόμενα, λεῖον δι' ὕδατος, δίδου πιεῖν κοχλιάρια γ'. ἄλλο. κέρας ἐλάφειον τρυφερὸν καύσας δίδου μετὰ κηκίδος ἴσης πιεῖν. ἄλλο. λαπάθου σπέρμα λειώσας καὶ ἐπιπάσας

bibendum. *Aliud.* Decoctum ſampſuci da cum vino in potum. *Aliud.* Eryngii radicem da cum vino potui vel decoctum ſpicae vel caſtoreum. Ad dolorem autem dysentericorum cotonea cum cerato roſeo aut myrteo aequis portionibus ventri impone.

[*Ad colicam.*] Spolium ſerpentis in vaſe aeneo frigens cum oleo quousque comburatur, diſſolve ipſum in illo oleo et unge ex eo cum tuo digito. *Aliud.* Glandulam opio in ſucco lactucae liquato obline et ano indito.

[*Ad ventris profluvium.*] Gallitrichi ex aqua decoctum potui dato. *Aliud.* Stoeben, qua ad teſtacea vaſa uti ſolent, ſpinis asperam in pila contundito et aquae incoquito et aquam in dolore ventris absque vino propinato quum febrem habent; quum febre vacant, vinum commisceto. *Aliud.* Nucum putamen, quod nucleos includit tritum, ex aqua potui dato cochleariorum trium menſura. *Aliud.* Cornu cervinum mollius uſtum cum

εἰς τὸν ποτὸν δίδου ἢ εἰς τὸ βρωτόν. ἄλλο. καρύων τὸ ἐντὸς τὸ ὡσανεὶ κιόνιον καὶ μήκωνος κωδειῶν τὸ ἐπικείμενον ὡς πῶμα, ἴσον δίδου δι' οἴνου. ἄλλο. δρυὸς βαλάνους κόψας καὶ σήσας πλεῖον ἐπίπασσε εἰς οἶνον αὐστηρὸν ὡς ἄλφιτα καὶ δίδου πιεῖν. ἄλλο. καράβου τὰ ὄστρακα φρύξας λεῖα διὰ ὕδατος. ἄλλο. στρουθιοκαμήλου κοιλία πινομένη καὶ ὀρνίθων ὁμοίως ὅσον κοχλιάρια β'. ἀπυρέτοις δι' οἴνου, πυρέσσουσι δὲ δι' ὕδατος. ἄλλο. λιβάνου χόνδρον κυαμιαῖον διεὶς οἴνῳ μέλανι κύαθον α'. καὶ στρύχνου χυλοῦ κυάθους β'. δίδου πιεῖν. ἄλλο. κόμμι τὸ λευκὸν κόψας μετ' οἴνου μέλανος κυάθων ϛ'. δίδου γο. α'. πίνειν, ποιεῖ ὑπόθετον τοῖς αὐτοῖς. ἄλλο. κοχλιάριον Ἀφρικανὸν λαβὼν βάλλε εἰς αὐτὸ πίσσαν ὑγρὰν καὶ θερμάνας ἔξελε τὸ κρέας καὶ ὑπόθες εἰς τὸν δακτύλιον δὶς ἢ τρίς. ἄλλο. ὄφεως γῆρας ἐν χαλκώματι μετὰ ἐλαίου φρύξας ἕως ἀνθρακωθῇ, συλλειώσας, τῷ ἐλαίῳ διάχριε τὸ δακτίλιον [630] τῷ δακτύλῳ.

gallae pari portione in potum dato. *Aliud.* Rumicis ſemen contritum et potioni cibove inſperſum optime facit. *Aliud.* Nucum internum illud, quod inſtar columellae eſt, et capitum papaveris, quod veluti operculum eſt, pari portione ex vino exhibeantur. *Aliud.* Quernas glandes contuſas et diutius cribratas ut polentam in vinum auſterum ſpargito potionemque concedito. *Aliud.* Carabi teſtas frictas et tritas ex aqua porrigito. *Aliud.* Struthiocameli ventriculus et gallinarum ſimiliter cochleariorum duum menſura ex vino potus febri abſente, praeſente vero ex aqua. *Aliud.* Thuris grumus fabae magnitudinis in vini nigri cyatho uno, ſolani ſucci cyathis duobus eliquatus in potum detur. *Aliud.* Gummi albi contuſi unciam ex vini nigri cyathis ſex bibito, ad idem ano impoſitum facit. *Aliud.* Cochleam Africanam ſumens in eam liquidam picem infunde et calefactae carnem exime et in anum bis aut ter immitte. *Aliud.* Serpentis ſenium in vaſe aeneo ex oleo frigens quoad in carbonem vertatur contere et digito in oleum intincto anum perunge. *Aliud.* Herba ſacra inferius foveto, aquam ne attingito.

Ed. Chart. X. [630.]
ἄλλο. βοτάνη ὑποκάτω ὕδατος μὴ ἁπτόμενος. ἄλλο. σεύτλιον κεκομμένον μετ᾽ ὄξους καταπλαττόμενον ἀπ᾽ ἄνωθεν μέχρι κάτω καλῶς ποιεῖται δυσεντερικοῖς. ἄλλο. κερατίων ὀστᾶ κόψας κατάπλασσε τὴν κοιλίαν.

[Πρὸς ἀλγήματα δυσεντερικῶν.] Μῆλον κυδώνιον ὀπτὸν μετὰ κηρωτῆς ῥοδίνης ἑκάστου τὸ ἴσον μίξας κατάπλασσε. παραχρῆμα ἄπονον ποιεῖ.

[Πρὸς κωλικούς.] Ὀστρέων ὄστρακα καύσας καὶ λεάνας δίδου πιεῖν κοχλιάρια β'. δι᾽ ὕδατος θερμοῦ κυάθων γ'. ἄλλο. θύμον Κρητικὸν καθεψήσας διὰ ὕδατος ἕως εἰς τρίτον καταστῇ μέρος, μετὰ μέλιτος Ἀττικοῦ δὸς πιεῖν. ἄλλο. ἱερὰν ῥίζαν λεπτὴν κόψας βάλε εἰς ὕδωρ καὶ ἕψει εἰς ἥμισυ καὶ δίδου πιεῖν τὸ ἀφέψημα ἐπὶ ἡμέρας ε'. καὶ ἰᾶται. ἐπὶ πολλῶν δεδοκίμασται. ἄλλο. ἡδύοσμον χλωρὸν καθεψήσας δὸς ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας καὶ οὐδέποτε πονήσει. ἄλλο. τῆς δάφνης οἱ ἀκρέμονες τρυφεροὶ ξύλοι τρωγόμενοι ἐπὶ ἡμέρας ἰῶνται. τὸ δὲ πολταρίδιον, ἐν ᾧ ἑψεῖς τὸ ἡδύοσμον, βλέπε μὴ γῆς ἅψηται ἐπὶ τὰς τρεῖς ἡμέρας.

Aliud. Beta ex aceto contufa et cataplasmatis more a fuperioribus ad inferiora usque impofita dyfentericis magnifice prodeft. *Aliud.* Cornorum offa contufa ventri illinito.

[*Ad dolores dyfentericorum.*] Malum cotoneum affum cum cerati rofei pari portione impofitum illico dolorem levat.

[*Ad colicis doloribus vexatos.*] Oftreorum teftae crematae et tritae potui dentur cochlearia duo ex calentis aquae cyathis tribus. *Aliud.* Thymum Cretenfe aquae usque ad tertias incoctum ex Attico melle propinetur. *Aliud.* Sacram radicem tenuem contufam in aquam mitte et ad dimidias elixa; decoctum per quinque dies potui detur et morbo liberat: hoc in multis probatum eft. *Aliud.* Viridis menta elixa per triduum exhibeatur et nunquam dolebit. *Aliud.* Lauri fummitates tenerae ligneae efae per triduum liberant, ollula vero, ubi mentha incocta fit, cave ne per triduum illud terram attingat.

Ed. Chart. X. [630.]

[Πρὸς διάφραγμα.] Φραξίνου ξύλου κύαθον δὸς ἐπὶ ἡμέρας γ'. πιεῖν ξύσματα καὶ ὑγιὴς ἔσται. ἄλλο πολύχρηστον. κολοκυνθίδα Ἀλεξανδρεινὴν τρήσας μὴ σιδήρῳ καὶ ἐκκενώσας βάλε εἰς οἴνου Κώου κοτύλην α'. καὶ ἀναζέσας καὶ εὔκρατον ποιήσας δὸς πιεῖν καὶ περιπατείτω καὶ ἀνάλγητος ἔσται. κατάγει ἀπολύματα πολλὰ τουτὶ πότημα. κατέχειν δὲ ἅλας ἐν τῷ στόματι, ἵνα μὴ ναυτιάσῃ. ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ἰσχιάδας.

[Πρόσθετον κωλικοῖς.] Ὄπιον Σπανὸν ἀναλάμβανε θρίδακος καὶ πεσσὸν ποιῶν ἐντίθει τῷ δακτυλίῳ. ἄλλο. σκορόδου σκελιδόνιον α'. κονίᾳ θερμάνας θὲς εἰς τὸν δακτύλιον καὶ σκύβαλα κατασπάσας ὑγίασται. ἄλλο. ἐὰν κῶλον πονῶν κύνα κοιμώμενον ἐγείρει, κατὰ δὲ αὐτὸν τόπον οὗ ἐκοιμᾶτο ὁ κύων, οὐρήσῃ, εὐθέως ἄπονος ἔσται, ὁ δὲ κύων ἀποθανεῖται.

[Ἐπίθεμα κωλικοῖς καὶ ἐμπνευματουμένοις.] Κηρωτῇ Κυπρίνῃ σίλφιον ἀναλάμβανε πολὺ καὶ ἐπιτίθει· ἐγὼ δὲ σμήγω καὶ καστόριον ὀλίγον καὶ γίνεται ἐνεργέστερον.

[*Ad interſeptum.*] Fraxini ligni ramentorum cyathus triduum potui datus ſanitatem reſtituit. *Aliud ad multa faciens.* Colocynthidem Alexandrinam excavatam non ferro et expurgatam in vini Coi ſextarium mitte et fervefacito; vinum poſtea ad temperatum calorem reverſum bibito et deambulato, et dolore ſolutus eris. Detrahit multa excrementa haec potio; ſalem autem, ne nauſeet, ore contineto. Bene facit et ad coxendicis dolores.

[*Medicamentum ad coli dolores ano immittendum.*] Opium Hispanum lactuca excipe et in peſſum redactum ſedi immitte. *Aliud.* Allii nucleolum lixivio calefactum in anum indito et arido ſtercore detracto ſaneſcit. *Aliud.* Si coli dolore tentatus dormientem canem expergefecerit et in locum ubi canis dormiebat mejerit, ſtatim dolore levabitur et canis moritur.

[*Epithema colicis et inflatis.*] Cerato liguſtrino laſerpitium comprehende et impone; ego vero et modicum caſtorei admiſceo et efficacius redditur.

Ed. Chart. X. [630. 631.]

[Πρὸς στρόφον.] Κύμινον Ἑλληνικὸν μασάσθω καὶ καταπινέτω. ἄλλο. κνίκον κόψας καὶ τῆλιν ἑψήσας πότιζε τῷ χυλῷ. ἄλλο. κτένα εἰς θερμὸν ὕδωρ ἐμβρέξας καὶ ἀποκλύσας πότιζε. ἄλλο. δαφνίδων ξηρῶν λεπισμάτων ὅσον κοχλιάρια θ'. δίδου πιεῖν. ἄλλο. ἕρπυλον λειώσας μετὰ ἀκράτου δίδου πιεῖν.

[Πρὸς πάντα τὰ ἐντὸς ἀλγήματα.] Ἔντερα ἀλγοῦντι εἴ τις τοὺς πόδας νίψῃ, δὸς πιεῖν τὸ ἀπόνιμμα, ἄπονος ἔσται παραχρῆμα.

[Πρὸς διακοπὴν ἐντέρων.] Λαβὼν ἀκάνθης Αἰγυπτίας ῥίζαν καὶ κρέα ἐρίφεια σὺν ταῖς θριξὶ καὶ τῷ δέρματι, ἢ αἴγεια λείωσον καὶ ἐκ σεμιδάλεως γενομένων κρομμύων καὶ ἐν οἴνῳ συγκεράσας δίδου πίνειν. αὐτὴ ἡ ῥίζα ἐπειράθη καὶ ἐπὶ πνευμονιακοῖς πινομένη· ἡ δὲ αὐτὴ καὶ περιαπτομένη ποιεῖ πρὸς τριταῖον καὶ ἀμφημερινὸν καὶ μετὰ ἐλαίου πινομένη ἐστὶ τραυματική.

[631] [Πρὸς νεφρῶν καὶ ἰσχιάδος ἀλγήματα.] Λαβὼν ἄλευρον ἴρεως καὶ τὸ ἰσχυρὸν ὄξος αὐτοῖς διαμίγνυθι

[*Ad tormina.*] Graecum cuminum manducato ac devorato. *Aliud.* Cnici contusi et foenigraeci elixi succum potui offer. *Aliud.* Pectinem in aqua calida madefactum et ablutum propina. *Aliud.* Baccarum lauri aridarum corticis cochlearia novem in potum dato. *Aliud.* Serpillum tritum cum mero da potui.

[*Ad omnes intestinos dolores.*] Ex intestinis dolenti si quis pedes laverit et ex aqua ea potui dederit, dolor confestim evanescit.

[*Ad intestinorum scissuram.*] Aegyptiae spinae radicem et carnes hoedi capraeve cum pilis et corio capiens terito et similagini commixtas caepas vino temperatas potionem facito. Eadem radix et phlegmone pulmonum laborantibus in potu auxiliatur. Eadem suspensa tertiana febre et quotidiana liberat et ex oleo pota vulneribus medetur.

[*Ad renum et coxendicis dolores.*] Accipe farinam iridis et acetum potens, permisce eis resinam pini et lu-

Ed. Chart. X. [631.]
ῥητίνην πιτυίνην καὶ θερμοὺς καὶ πύρεθρον καὶ τερεβινθίνην καὶ θεῖον καὶ νίτρον καὶ δαφνίδας, πάντα μίξας σὺν μέλιτι πρόσθες.

[*Ἰσχιάδος καθαρτικόν.*] Τιθυμάλλου τοῦ ὀποῦ ἐνστάξας σταλαγμοὺς ε΄. εἰς τὸ σῦκον δίδου φαγεῖν, καθαίρει.

[*Ἐπίθεμα κοιλίας λυτικόν.*] Κόκκον Κνίδιον σαλεπὶς ἀναλάμβανε κηρωτῇ καὶ ἐπιτίθει ἐπὶ τῆς κοιλίας τοῖς παιδίοις ἐπὶ τὸν ὀμφαλόν. ἄλλο. χολῇ ταύρου διάχριε τὸν ὀμφαλόν. ἄλλο. ἀστράγαλον χοίρειον καύσας καὶ λειοτριβήσας δὸς πιεῖν διὰ ὕδατος. ἄλλο. τὴν ἄνθεμιν βοτάνην τρίψας μετὰ ἐλαίου ἄλειψον καὶ παύσεται. ἄλλο. κροκοφάντιον λαβὼν οἷον θέλεις ἀπὸ κεφαλῆς γυναικὸς ἐπίθες ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ πάσχοντος καὶ ἰάσῃ. κάλλιον δὲ ἐὰν θερμάνας αὐτὸ, οὕτως ἐπιθῇς. ἄλλο. κορίαννον καύσας καὶ διεὶς ἐλαίῳ ἐπίθες ἐπὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ ἐπάνω ἔρια.

Κεφ. κε΄. [*Πρὸς δυσουριῶντας καὶ λιθιῶντας*] Σκορπίοι ὠπτημένοι τρωγόμενοι· πρὸς δὲ τοὺς ἀπροθύμως ἔχον-

pinos et pyrethrum et terebinthinam et ſulfur et nitrum et baccas lauri; miſcens omnia cum melle appone.

[*Ad coxendicis dolores purgatorium.*] Tithymalli ſucci guttas quinque in ficum inſtillato et eſui dato; purgat.

[*Epithema ventris ſolutivum.*] Granum Cnidium cortice liberatum cerato comprehende et ventri puerorum ſuper umbilicum imponito. *Aliud.* Felle tauri umbilicum perungito. *Aliud.* Suillus talus uſtus tritusque ex aqua potui detur. *Aliud.* Herbam chamaemelum ex oleo terito et inungito; ſtatim dolor finietur. *Aliud.* Reticulum cujusmodi volueris de mulieris capite detractum capiti laborantis imponito, ſanitatem ei reſtitues; melius fuerit autem, ſi prius calefactum reticulum impoſueris. *Aliud.* Coriandrum uſtum, oleo maceratum, umbilico ſuperimponito et lana contegito.

Cap. XXV. [*Ad urinae difficultatem et calculos.*] Scorpii uſti edantur; illis autem, qui forſitan abhorrerent,

Ed. Chart. X. [631.]
τας στέατι ἐμφυράσας καὶ ὀπτήσας δίδου φαγεῖν ἀνυπόπτως. παραδόξως ποιεῖ. καὶ οὐρηθεὶς δὲ λίθος, πυρίνῃ ὁμοίως ἐλαίας τριβόμενος ἂν εἴη ἔμπυρον λευκὸν, οὗτος ποτιζόμενος τοὺς ἐν κύστει λίθους τήκει. καὶ αἰλούρου δὲ ἧπαρ καυθὲν καὶ τριβὲν ὥστε ποθῆναι τοὺς λιθιῶντας ἰᾶται. καὶ ὁ ἴασπις λίθος πινόμενος θρύπτει τοὺς ἐν κύστει λίθους. ἄλλο. κοτυληδόνος ῥίζα ποθεῖσα καὶ λεῖα, πινομένη καθ' ἡμέραν ὁλκὴ μία κατὰ κράματος, ποιεῖ πρὸς τοὺς ἐν νεφροῖς λίθους λίαν καλῶς. ὀμφακίου καὶ κισσοῦ πυῤῥοῦ τῶν κορύμβων μετ' οἴνου λευκοῦ τετριμμένων τὸν ὄμφακα περίχριε τοὺς δυσουροῦντας.

[*Πεσσὸς πρὸς λιθιῶντας.*] Ὅταν οὐρήσῃ, βούτυρον παλαιὸν μαλάξας περίχριε τὸ αἰδοῖον· εἰς δὲ τὴν κοίτην ἐρίῳ προστεθείσθω ἡμέρας γ'.

[*Ἐπίθεμα διουρητικὸν, ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς νεφριτικούς.*] Καλαμίνθην μετ' ὄξους καὶ πεπέρεως κηρωτῇ ἀναλάμβανε καὶ τῷ ὀμφαλῷ ἐπιτίθει. ἄλλο. εἰς ἕψημα σαμψύχου ἐγ-

cum adipe mixti tostique clam et citra suspicionem exhibeantur; mirifice prosunt. Calculus etiam urina redditus olivae nucleo similis, contritus et igne candens si bibatur, eos qui in vesica sunt calculos exerit. Felis jecur ustum tritumque ita, ut bibi possit, calculosis remedio est. Jaspis quoque lapillus potui datus vesicae calculos dissipat. *Aliud.* Umbilici verris radix elixa et trita unciae pondere in diem ex diluto vino bibatur: ad renum calculos vehementer proficit. *Aliud.* Succi uvae immaturae et rufae hederae corymborum par modus ex albo vino teratur, succo illinito mictus difficultate male habitos.

[*Topicum calculosis imponendum.*] Urina reddita butyro veteri remollito penem oblinito et cubitum eunti lana apponatur per triduum.

[*Epithema urinam proritans; prodest et calculosis renibus.*] Calaminthan cum aceto et pipere cerato colligito et umbilico superdato. *Aliud.* In sampsuci decocto

κάθιζε. ἄλλο. βοτάνην περδίκιον καθεψήσας δι' ἐλαίου κατάπλασσε τὰ περὶ τὴν κύστιν καὶ παραχρῆμα οὐρήσει.

[Πρὸς λιθιῶντας.] Χαμαίδρυν ὀρεινὴν καθεψήσας δι' ὑδρομέλιτος δίδου πιεῖν· τούτῳ ἐχρήσατο Σάμιος Πρίσκος. ἄλλο. κισσοῦ λευκοῦ κορύμβους πότιζε ἐν οἴνῳ, τήκει λίθους. ἄλλο. φύλλα ἰτέας λειοτριβήσας ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ πότιζε ἕως ὑγιάσῃς.

[Πρὸς ἐνουροῦντας ἀπροαιρέτως.] Ἀλέκτορος λαρύγγια καύσας δίδου πιεῖν νήστει ἐν ὕδατι κοχλιάριον α'. ἄλλο. ἄνθη λευκανθέμου τῇ ζ'. πότιζε ἐν ὕδατι τρίψας. ἄλλο. λαγωοῦ ὄρχιν ξηρὸν ξύων εἰς οἶνον εὐώδη δίδου πιεῖν. ἄλλο. κόρεις γ'. θλάσας μετὰ οἴνου αὐστηροῦ δὸς πιεῖν ἐπὶ [632] ἡμέρας θ'. ἄλλο. καλαμίνθην καὶ σμύρναν ἐν ὕδατι δὸς πιεῖν πρὸ τοῦ δειπνῆσαι. ἄλλο. χηνείας γλώσσας ἑφθὰς δὸς φαγεῖν ἐπὶ ἡμέρας γ'. ἀνὰ μίαν. ἄλλο. πηγάνου ἀγρίου σπέρμα δὸς φαγεῖν ἐπὶ ἡμέρας γ'. ἄλλο. καταχριέσθω αὐτοῦ τὸ αἰδοῖον κιμωλίαν μετὰ περδικίου χυλοῦ.

desideat. *Aliud.* Herbam parietariam oleo incoctam super locum vesicae imponito; illico urina decurret.

[*Ad calculosos.*] Montana trixago mulsae incocta potanda offeratur; hoc remedio Samius Priscus utebatur. *Aliud.* Albae hederae corymbi ex vino poti lapillos confringunt. *Aliud.* Salicis folia tusa ex vino austero tantisper accipiatur, dum sanitas restituatur.

[*Ad eos qui nolentes urinam reddunt.*] Galli guttur ustum cochlearii mensura jejuno ex aqua propinato. *Aliud.* Leucanthemi flores septem tritos ex aqua potui dato. *Aliud.* Leporis testiculum aridum minutatim concisum ex vino odorato potandum praebe. *Aliud.* Cimices tres contusos ex vino austero propinato per novem dies. *Aliud.* Calaminthan et myrrham ex aqua ante coenam potui dato. *Aliud.* Anserinas linguas per triduum, quoque die unam, edendas apponito. *Aliud.* Rutae silvaticae semen per triduum esui dato. *Aliud.* Ipsius penis cimolia ex muralis herbae succo oblinatur.

Ed. Chart. X. [632.]

[*Πρὸς δυσουρίαν.*] *Ῥοῦν καὶ τοὺς κισσοῦ ἐρυθροῦ κορύμβους τρίψας σὺν οἴνῳ λευκῷ κατάχριε μόρια τὰ τῶν δυσουριώντων ὀμφάλῳ ὑποκειμένων.*

[*Ὡς διαβήτης ἵσταται.*] *Λαβὼν ὑμένια τὰ τῆς ἀλεκτορίδων κοιλίας ἔσωθεν καὶ ξηράνας ἐν ἡλίῳ ἀναλάμβανε ἐξ αὐτῶν < α΄. ἄλλο. λαβὼν σταγονίου καὶ βαλάνου ξηρᾶς καὶ βαλαυστίου καὶ κηκίδων ἀνὰ < γ΄. τρίψας δίδου ἐξ αὐτῶν νήστει σὺν μέλιτι ῥοδίνῳ ἐν ὕδατι ψυχρῷ.*

Κεφ. κστ΄. [*Πρὸς γυναικεῖα πάθη.*] [*α΄. Πρὸς σύλληψιν.*] *Ἰσχάδας νήστει μετὰ φύλλων ἐλαινῶν δὸς φαγεῖν. ἄλλο. προβάτου μηρυκωμένου ἄρας τῷ δακτύλῳ τὸν ἀφρὸν δὸς πιεῖν μετὰ οἴνου. ἄλλο. κάρδαμον λεῖον μετ' ὄξους δίδου φαγεῖν ἐπὶ ἡμέρας δ΄. μετὰ τὴν κάθαρσιν. ἄλλο. ἀλώπεκος ἀφόδευμα ἐν πεσσῷ παρατιθέμενον καὶ ὑποχριόμενον συγγιγνέσθω. ἄλλο. ἀρτεμισίαν λείαν πρόσθες καὶ συλλήψεται. χριέσθωσαν δὲ τὴν φύσιν κόμμι, ὅταν ᾖ ἀπὸ τῶν ἐμμήνων τρίτη, καὶ συλλήψεται.*

[*Ad difficultatem mingendi.*] Rhum et corymbos hederae rubrae tere ex vino albo et unge partes, quae ſunt ſub umbilico patientium dyſuriam.

[*Ad ſiſtendam exuberantiam urinae exeuntis.*] Accipe pelliculas, quae ſunt in ventre gallinarum et ſicca in ſole et ſume ex eis drachmam. *Aliud.* Recipe thuris masculi et glandis ſiccae et floris punici ſilveſtris et gallarum ana drach. iij, tere et da ex eis jejuno cum melle roſaceo ex aqua frigida.

Cap. XXVI. [*Ad foeminarum affectiones.*] [1. *Ad conceptum.*] Caricas jejunae cum oleae foliis eſui dato. *Aliud.* Ruminantis pecudis ſpumam digito ſumens ex vino in potum exhibe. *Aliud.* Naſturtium tritum ex aceto per quatriduum edito paſt purgationem. *Aliud.* Vulpinum ſtercus in peſſo apponatur et loci muliebres ſublinantur, atque ita venere utatur. *Aliud.* Artemiſiam tritam apponito et concipiet. Inunge autem muliebre pudendum gummi, quum a purgatione menſtrua tertius fuerit dies et concipiet.

Ed. Chart. X. [632.]

[β'. Πρὸς σύλληψιν.] Ὑστέραν λαγωοῦ ξηράνας καὶ τρίψας δίδου πίνειν μετὰ τὴν ἀπὸ τῶν ἐμμήνων κάθαρσιν.

[γ'. Ἐὰν γυνὴ ἄῤῥενα γεννῆσαι θέλει.] Φασκίᾳ λευκῇ παιδικῇ δῆσον τὸν δεξιὸν πόδα καὶ συγίνου.

[δ'. Ἐὰν δὲ θῆλυ.] Φασκίᾳ μελαίνῃ τὸν ἀριστερόν.

[ε'. Πρὸς γνῶναι ἢ ἄῤῥεν ἢ θῆλυ τὸ ἐν γαστρί.] Σέλινον μὴ γινωσκούσης ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐπίθες καὶ ὃ ἂν φωνήσῃ πρῶτον, εἴτε ἄῤῥεν, εἴτε θῆλυ, ἐκεῖνο τέξεται· ἀπαράβατόν ἐστιν. ἄλλο. λαβὼν τῆς ἐν γαστρὶ ἐχούσης οὖρον ὄρυξον βοθρίσκους δύο καὶ εἰς τὸν ἕνα βάλε κριθὰς καὶ εἰς τὸν ἕτερον πυροὺς καὶ ἐπίχεε γῆν μετὰ τὸ ἐμβαλεῖν τὸ οὖρον αὐτῆς, καὶ ἐὰν πρῶτον ἐκβλαστήσουσιν οἱ πυροὶ, ἄῤῥεν τέξεται· ἐὰν δὲ αἱ κριθαὶ, θῆλυ.

[στ'. Πρὸς σύλληψιν ἀῤῥενοτόκιον.] Χηνὸς στέαρ καὶ ῥητίνην τερεβινθίνην διαχριέσθω ἐπὶ ἡμέρας β'. τῇ δὲ γ'. συγγινέσθω καὶ συλλήψεται. ἄλλο. ἀνὴρ τὸν δεξιὸν ὄρχιν ἀποδήσας συγγενέσθω· ἐὰν δὲ θῆλυ, τὸ ἀριστερόν.

[ζ'. Κατόχιον ἐμβρύων.] Ἀετίνην λίθον περίαπτε·

[2. *Ad conceptionem.*] Uterum leporis ficca et tere et da potui quando a menftruis fuerit purgata.

[3. *Ut mulier marem generet.*] Alba fascia puerili dextrum pedem ligato et coëat.

[4. *Ut feminam.*] Nigra fascia finiftrum pedem.

[5. *Notae maris et feminae in utero.*] Apium infcia muliere fuper caput imponito quodque primum voce protulerit, aut marem, aut feminam, illud pariet; comprobatum eft. *Aliud.* Gravidae mulieris urinam accipiens duas foveolas facito, in unam hordeum, in alteram triticum conjicito; deinde urina confpergito atque ita demum terram fuperjacito; fi prius triticum expullulaverit, mas pariet; fin vero hordeum, femina.

[6. *Ut mas concipiatur.*] Anferino adipe et refina terebinthi loci perungantur per biduum; tertio die cum viro conjungatur et marem concipiet. *Aliud.* Vir finiftro tefte ligato venere utatur; ut femina dextro.

[7. *Ut foetus retineatur.*] Lapis Aëtites appenda-

Ed. Chart. X. [632. 633.]
κατέχει δὲ ἔμβρυον λίθος ὁ βλαστήσας εἰς ἀχράδα καὶ περιμείνας, εἶτα περιαπτόμενος. καὶ μαλάχης δὲ ἀγρίας ῥίζαν ἁπτόμενος καὶ ἐπίβοσκον λέγουσι· κατέχει καὶ σαρδὰ ἔμβρυα μέχρι τέλους. χρὴ δὲ τῇ κοιλίᾳ περιάπτειν. ἔστι δὲ καὶ ἡ σιδηρῖτις βοτάνη τῶν ἐμβρύων τηρητικὴ περιαπτομένη.

[633] [*η'. Πρὸς δυστοκίαν.*] *Χαμαιπίτυν καὶ ἄσφαλτον ἐπὶ τῶν ἀνθράκων θεὶς ὑποκάπνιζε ἢ αὐτὰ πρόσθες.*

[*θ'. Ἐκβόλιον ἐμβρύου τεθνηκότος.*] *Χολῆς ταύρου τὸ μέγεθος ἀμυγδάλου διεὶς οἴνῳ ὕδατι κεκραμένῳ, κοχλιάρια β'. δὸς πιεῖν, ἐκβαλεῖ παραχρῆμα. ἄλλο. λύκιον ὠμὸν καυλίσκου συγκεκομμένῳ κεδρίᾳ χρίσων καὶ θέρμανον καὶ δὸς πίνειν νήστει. ἄλλο. ἀρτεμισίαν ἑψήσας μετὰ μελικράτου δὸς πίνειν. ἄλλο. λίθον κυνόδηκτον πρὸς κύνα ἀπεῤῥιμμένον, ἐν γῇ τεθειμένον μεταβαινέτω δυστοκίαν ἡ φέρουσα γυνή.*

[*ι'. Πρὸς ἐξάγειν καταμήνια.*] *Λαβὼν πρασίου, νε-*

tur. Foetum quoque et lapis ille retinet, qui in piraſtro adnatus inhaereſcit, iſte ſimiliter penſilis geſtetur. Et malvae agreſtis radix, quam epiboscon nominant, appenſa. Sardonius etiam lapis retinet foetus usque in finem; ventri autem eum deligare oportet. Eſt herba quoque ſideritis, cujus appenſu foetus cuſtodiuntur.

[8. *Ad difficultatem partus.*] Ajugam et bitumen pone ſuper carbones et ſuffumiga vel ipſa appone.

[9. *Ad extrahendum foetum mortuum.*] Fellis tauri magnitudinem amygdalae diſſolvens in vino aquato da cochlearia ij, potui et emittet confeſtim. *Aliud.* Lycium crudum trito caule junge cum cedria et calefacias et da bibendum jejuno. *Aliud.* Artemiſiam coque in mulſa et propina. *Aliud.* Super lapidem, quem mordet canis, quando projicitur in eum, poſitum in ſole tranſeat mulier quae patitur difficultatem partus.

[10. *Ad educenda menſtrua.*] Marrubium, nepetam,

πέτης, πηγάνου καὶ καππάρεως φλοιοῦ ἀνὰ < γ'. ἐν οἴνῳ ἑψήσας ἢ ὕδατι δίδου πιεῖν. ἄλλο. τὸ τὶ ὕδατος, ἐν ᾧ διαλύεται ἡ ζύμη παλαιὰ ὅτε ποιεῖται ἄρτος, δὸς πίνειν.

[ια'. Πρὸς πόνον ὑστέρας.] Παιονίας ῥίζαν πότιζε· ἢ ἴριδος ῥίζαν ἢ παιονίας σπέρματος κόκκους ιε'. ἢ ψυλλίου ἢ ἀκαλήφης χυλὸν πρόσθες. ἢ τὰ φύλλα μελισσοφύλλου ἀφηψημένα ἐν οἴνῳ. ἄλλο. λαβὼν πήγανον χλωρὸν καὶ κόψας σὺν βουτύρῳ καὶ στέατι χοιρείῳ ποίει χρῖμα.

[ιβ'. Ὡς γυνὴ ἡ βεβιασμένη παραφαίνηται παρθένος.] Λαβὼν ὀμφακιτίδων, κύπρου, ξυλοκασσίας, ῥόδων ξηρῶν, πεπέρεως λευκοῦ καὶ κόκκου γνιδίου ἀνὰ ἐξάγιον α'. προλελουμένῃ ὑστέρᾳ προσθέτω ταῦτα· ὠφελεῖ δὲ καὶ σπέρμα ὀξυλαπάθου τετριμμένον καὶ πρόσθετον.

[ιγ'. Ὠκυτόκιον.] Βολβοὺς πικροὺς τρίψας διὰ γλυκέος δὸς πιεῖν καὶ παραχρῆμα τέξεται. ἄλλο. δίκταμνον διὰ οἴνου ἢ ὕδατος πότιζε. ἄλλο. ὕειον γάλα ἐν μέλιτι πινέτω. ἄλλο. χαλβάνην τρίψας ἐν ὕδατι δὸς πιεῖν καὶ τέξεται παραχρῆμα.

rutam, corticem capparis, ana drachmas iij, coque in vino aut aqua et da bibenda. *Aliud.* De aqua, qua diſſolvitur fermentum vetus quando ſit panis potui dato.

[11. *Ad dolores uteri.*] Paeoniae radicem propina; vel radicem iridis vel ſeminis paeoniae granula xv, vel pulicariae aut urticae ſuccum appone vel folia apiaſtri cocta in vino. *Aliud.* Accipe rutam viridem et tere et cum butyro et adipe porci fac unguentum.

[12. *Ut mulier violata appareat virgo.*] Accipe gallarum immaturarum, liguſtri, xylocaſiae, roſarum ſiccarum, piperis albi, grani gnidii ana exagium unum; tere et prius lotae vulvae apponat iſta. Confert autem et ſemen rumicis acidi tritum et appoſitum.

[13. *Ut partus acceleretur.*] Bulbi amari triti ex vino dulci potui dentur, illico pariet. *Aliud.* Dictamnum ex vino aut aqua propinatum idem facit. *Aliud.* Suillum lac ex melle bibitum. *Aliud.* Galbanum ex aqua tritum potumque confeſtim educit foetum.

Ed. Chart. X. [633.]

[ιδ'. Ὑποθυμίαμα δυστοκούσαις.] *Χαμαιπίτυν ἐπὶ τῶν ἀνθράκων θεὶς ἢ ἄσφαλτον οἷον οἱ χαλκεῖς χρῶνται β'. προστιθέσθω καὶ εὐθέως ποιεῖ. ἄλλο. γλήχωνος δεσμίδιον εἰς ὕδωρ θερμὸν βαλὼν ποίει περικαθίσαι τὴν γυναῖκα καὶ λέγε εἰς τὸ οὖς αὐτῆς, χοῦ. κᾶ. μῖ. δοῖς. ἄλλο. λαβὼν ἔλαιον εἰς τὰς χεῖρας ἀνάτριψον αὐτῆς τὰ ἰσχία ἐπιλέγων· χορίον στῆθι σῶμα, ὅτι ἐπιτάσσει σοι μεγάλη ἡ θεοτόκος.*

[ιε'. Γάλα κατασπάσαι.] *Ῥαφανῖδας μετὰ πυρῶν ἀναζέσας ἐν οἴνῳ καὶ διηθήσας δὸς πιεῖν. ἄλλο. πίτυρα μετὰ μαράθρων ῥιζῶν ἑψήσας τὸ ὕδωρ δὸς πιεῖν. ἄλλο. μελάνθιον διεὶς ἐν μελικράτῳ οἷον ὁλκὴν δίδου πιεῖν. ἄλλο. κισσοῦ φύλλα διεὶς ἐν μελικράτῳ δὸς πιεῖν.*

[ιστ'. Γάλα σβέσαι.] *Κατάντλει θαλάσσῃ καὶ κατάπλασσε τοῖς στύφειν δυναμένοις καὶ ἀναξηραίνειν. ἄλλο. ἅλμην ποιήσας θερμὴν καὶ σπόγγοις ἐκθλίβων καὶ μάννα ἐπιπάσσων ἐπίδει καὶ χάρτας ὁμοίως.*

[ιζ'. Ἐὰν δὲ σκληροὶ ὦσι καὶ φλεγμαίνωσι.] *Κατάπλασσε*

[14. *Suffitus ad aegre parientes.*] Ajuga ſuper carbones poſita aut bituminis, quo fabri ſerrarii utuntur, duplum carbonibus injectum mirifice prodeſt. *Aliud.* Pulegii fasciculum in aquam calidam mittito, in eaque mulierem deſidere jubeto ipſique in aurem dicito Chy. ca. mi. dus. *Aliud.* Oleum manibus continens ejus ilia perfricato atque ita dicito: ſecundae ſiſtite corpus, quoniam praecipit vobis magna dei genitrix.

[15. *Ad lac attrahendum et creandum.*] Radiculas cum tritico vino incoctas percola et vinum potui offeras. *Aliud.* Aquam, cui furfures cum foeniculi radicibus incoctae ſint, propinato. *Aliud.* Nigellae drachmam in mulſa mixtam da potui. *Aliud.* Mulſa hederae folia contuſa habens potui detur.

[16. *Ad lac reſiccandum.*] Aqua maris foveto et aſtringere ſiccareque valentia ſuperimponito. *Aliud.* Muriam calidam ſpongiis exprimens et thuris pulvisculum inſpergens deligato et chartas eodem modo.

[17. *Quodſi mammae durae inflammataeque fuerint.*]

Ed. Chart. X. [633. 634.]
λινοσπέρμῳ δι᾽ ὀξυμέλιτος ἑφθῷ, ἢ τήλει ὁμοίως ἑψηθείσῃ ἢ σησάμῳ ἀπλύτῳ, ψυχθέντι καὶ λειωθέντι μίξας μέλιτι ἢ σύκοις κατάπλασσε. ἄλλο. κύμινον τρίψας μετ᾽ οἰνομέλιτος καὶ κηρωτῆς πάχος ποιήσας ἔμπλασσε εἰς ὀθόνιον ἐπιθείς.

[634] [ιη΄. Πότημα ἐκβόλιον ἐμβρύου τεθνηκότος ἢ μὴ φερομένου κατὰ φύσιν.] Χολῆς ταύρου τὸ μέγεθος ἀμυγδάλου διεὶς οἴνῳ παλαιῷ κεκραμένῳ κοχλιάρια β΄. δὸς πιεῖν, ἐκβάλλει παραχρῆμα. ἄλλο. ᾠὸν ὠμὸν κεδρίᾳ χρῖσον καὶ θέρμανον καὶ δὸς ῥοφῆσαι νήστει. ἄλλο. ἀρτεμισίαν ἑψήσας μετὰ μελικράτου δὸς πιεῖν. ἄλλο. ὁ φοινικίτης λίθος ἐγχριόμενος ἐκβόλιόν ἐστιν· ἀτελὲς δὲ ἔμβρυον ἐκβάλλει λίθος κυνόδηκτος ἂν τεθῇ καὶ ὑπερβῇ αὐτὸν ἡ κύουσα, ὡς τάχος ἐκβάλλει τὸ κατὰ γαστρός.

[ιθ΄. Γυναῖκα γνῶναι εἰ ἐκτρώσει τὸ ἐν γαστρί.] Ἐὰν οἱ μαστοὶ ἰσχναίνοιντο, σημαίνει ἔκτρωσιν.

[κ΄. Κατάπλασμα φθόριον.] Ἐρεγμοῦ καθαροῦ κύαθοι δύο ἕψει ἐν πολταρίῳ μετ᾽ ὄξους· μετὰ δὲ τὸ ἡμίεφθον

Lini femine aceto mulfo incocto illine; aut foenograeco fimiliter elixo aut fefamo non loto refrigerato, trito et melli admixto aut ex ficis cataplasma facito. *Aliud.* Cuminum tritum mulfo temperatum ad cerati craffitudinem linteolo illitum impone.

[18. *Potio foetum mortuum aut non ritu naturali exeuntem ejiciens.*] Fellis tauri quanta eft nux amygdala vini veteris diluti ligulis duabus temperatum potandum offeras; ftatim foetum excludit. *Aliud.* Ovum crudum cedri lacryma illinito, calefacito et jejunae forbendum dato. *Aliud.* Mulfam artemifiam incoctam habentem propinato. *Aliud.* Lapis phoenicites vocatus illitu foetum detrahit. Item lapis demorfus a cane foetum nondum perfectum evocat, fi praegnans mulier fuper ipfum tranfeat; nam quod in ventre eft valde cito expellit.

[19. *Ut cognoscatur, mulier an abortum fecerit.*] Mammae gracilescentes abortum fignificant.

[20. *Cataplasma ad abortum impellens.*] Fabae frefae mundae cyathi duo in ollula ex aceto decoquan-

Ed. Chart. X. [634.]
γενέσθαι ἀλόης γο. α'. καὶ μαλαγματῶδες ποιήσας ἐπιτίθει κατὰ τοῦ ὀμφαλοῦ μέχρι κτενὸς καὶ ἐπίδει.

[κα'. Κατάπλασμα ὥστε φθεῖραι ἄνευ πάσης βλάβης καὶ βασάνου.] Κυπαρίσσου φύλλων ἑψήσας μέρος ὕδατι λείανον ἐπιμελῶς ὡς μαλαγματῶδες γενέσθαι καὶ ἐπίθες ἐπὶ τὸν ὀμφαλόν καὶ τὸ ἐπιγάστριον καὶ κατάδει φασκίᾳ· κέλευον ἐπικαθίσαι ὑπτίαν ἢ ἐπὶ κουρικοῦ βάθρου καθίσαι καὶ κοιμωμένη ἀπόνως ἐκβάλλει.

[κβ'. Ἐκβόλιον ἀκίνδυνον ὥστε μηνῶν τριῶν ἢ δ'. ἐκβάλλειν.] Ὀποπάνακος ὀβολοῦ κολλύριον ποιήσας ὑπόθες. ἀκίνδυνόν ἐστι καὶ πεπείραται ἐπὶ πολλῶν. ἄλλο. στρουθίον λεῖον μετὰ μέλιτος ἀναλαβὼν ἀνάπλασσε πεσσοὺς μικροὺς καὶ ὑποτίθει. ἄγει καὶ τὰ δεύτερα καὶ καταμήνια. ἄλλο. ἀρτεμισίας τῶν φύλλων λειοτριβήσας μετὰ ῥοδίνου καὶ ποιήσας γλοιοῦ πάχος προστίθει· καταμηνίων ἀγωγόν. ἄλλο. ἰσχάδας β'. S''. νίτρου ὀβολὸν πεσσὸν ποιήσας ἐπιτίθει. ἄλλο. ἀρτεμισίαν τρίψας ἐπιτίθει. ἄλλο. πηγάνου ἀγρίου

tur; quum ad dimidium confumptum fuerit, aloës uncia adjiciatur, ut malagmatis inftar reddatur; deinde illinito ab umbilico ad pectinem usque et adalligato.

[21. *Cataplasma ad necandum foetum citra noxam ullamque fufpicionis notam.*] Cupreffi foliorum partem aqua elixam curiofe terito ad malagmatis temperaturam atque umbilico et abdomini imponito fasciaque deligato; deinde fupinam jacere jubeto aut in fella federe, qua in partu mulieres uti folent: et fopita fine dolore foetum emittet.

[22. *Medicamentum periculi expers, ut trimeftris aut quadrimeftris foetus ejiciatur.*] Opopanacis obolum accipe et collyrium fac et locis muliebribus fubmitte; tutum eft atque multis expertum. *Aliud.* Radiculam tritam melle exceptam peffis illine parvis et eos mulieris genitalibus impone; educit hoc fecundas et menftrua purgamenta. *Aliud.* Artemifiae folia teras ex rofeo et fordium craffitudinem faciens appone; menfes citat. *Aliud.* Caricas duas et femiffem, nitri obolum accipe; peffum

Ed. Chart. X. [634.]
σπέρμα προστίθει. ἄλλο. γαγάτης λίθος ὑποθυμιώμενος τὰς μὴ καθαιρομένας καθαίρει.

[κγ'. Ἐὰν τεκούσῃ αἷμα μὴ ἐκκριθῇ.] Ἄρου σπέρμα τρίψας ἐν οἴνῳ λευκῷ νηστικῇ δίδου πιεῖν.

[κδ'. Πρὸς τὰς ἐκ τοκετοῦ χλωράς.] Πάνακος ῥίζας τρίψας ἐν οἴνῳ γλυκεῖ δίδου πιεῖν νηστικῇ. ἄλλο. κυτίνων ἄνθος ῥοῶν μετὰ μύρων ἑψημένων δὸς πιεῖν. ἄλλο. λαβὼν τρύγα οἴνου παλαιοῦ καὶ ῥίζαν κρίνου καὶ σκόροδα λεάνας κατάχριε πρόσωπον δείλης καὶ πρωῒ ἀπόπλυνε καὶ τοῦτο ἕως ἂν τὸ πρόσωπον ἐρυθρὸν γένηται.

[κε'. Πρὸς κοιλίαν κατεῤῥωγυῖαν καὶ μαστοὺς καὶ μηροὺς καὶ ἰσχία.] Κοχλίου θαλασσίου τὸν ὑπόμακρον καύσας καὶ λειοτριβήσας πρόσβαλε ὠοῦ τὸ λευκὸν ἢ ὄνειον γάλα καὶ κατάχριε. ἄλλο. διαφανὲς κόψας καὶ τρίψας ὅταν εἰς βαλάνειον εἰσέρχεται καὶ κατάχριε πρὶν ἀλείψασθαι. ἐπὶ ἡμέρας κ'. ἀφανίζονται.

[κστ'. Πρὸς τὸ κοιλίαν, ἢ ὑποχόνδριον, ἢ μηροὺς

facito et ſubmitte. *Aliud.* Artemiſiam tritam impone. *Aliud.* Rutae agreſtis ſemen immitte. *Aliud.* Gagates lapis ſuffitus non purgatis mulieribus menſes ducit.

[23. *Ad mulierem, quae a partu non purgetur.*] Ari ſemen tritum ex vino albo jejuna bibito.

[24. *Ad pallorem mulieris a partu.*] Panacis radices contuſae ex dulci vino a jejuna potae pallorem diſcutiunt. *Aliud.* Flores mali punici domeſticae odorato oleo incocti potui dentur. *Aliud.* Accipe faecem vini antiqui et radicem lilii et allia et lenias et unge faciem vespere et mane lava et hoc quousque facies rubefiat.

[25. *Ad ventris, mammarum, femorum coxendicumque ſciſſuras.*] Marinam cochleam oblongam cremato et conterito, deinde ovi albo aut aſinino lacte adjecto illinito. *Aliud.* Lapidem diaphanes contere contritumque in ingreſſu balnei, antequam inungatur, illinito et viceſimo die ſciſſurae evaneſcent.

[26. *Ad ſudores ventris, hypochondriorum, femo-*

ἱδροῦσθαι ἐκ τοκετῶν.] Κιμωλίας καὶ μάννης ἑκάστου ἴσον ἀναλάμβανε ὠοῦ λευκῷ καὶ κατάχριε μετὰ κηρωτῆς κυπρίνης.

[635] [*κζ΄. Πρὸς τὰ ἐν τοῖς ἰσχίοις ἐμφυσήματα.*] Ἄρτου τὸ ἐντὸς καὶ μελαντηρίαν συμφυράσας ἐπιτίθει· τοῦτο καθίστησιν.

[*κη΄. Πρὸς ἐξομφάλους.*] Κηκίδας καύσας, τρίψας μετὰ ὕδατος κατάπλασσε.

[*κθ΄. Ὀμφαλὸν ἐκ τοκετοῦ μέγαν καὶ καλὸν ποιῆσαι.*] Λαβὼν βύσμα ἀπὸ ληκύθου βίβλινον περιείλησον ὀθονίῳ, ἔπειτα μάνναν ὠοῦ τῷ λευκῷ ἀναλαβὼν κατάχρισον καὶ ἔνθες εἰς τὸν ὀμφαλὸν καὶ ἐπίδει προστύπως.

[*λ΄. Πρὸς ὑστερικὰς πνίξεις.*] Χελώνης χερσαίας ἧπαρ λεῖον ἐν πεσσῷ ὑποτίθει, ἀπαράβατόν ἐστι, μηδενὶ μεταδίδου.

[*λα΄. Πόμα πρὸς πόνον ὑστέρας.*] Λαγωοῦ καρδίαν ξηράνας ἐπιξύων δίδου πιεῖν.

[*λβ΄. Πρὸς τοὺς γενομένους στρόφους ἀπὸ τοκετοῦ*

rumque a partu.] Cimoliae et pulveris thuris par modus ovi albo exceptus cum liguſtrino cerato illinatur.

[27. *Ad inflationes in coxendicibus.*] Panis medullam et melanteriam una ſubigito et imponito; bene facit.

[28. *Ad prominentes umbilicos.*] Gallas uſtas tritasque ex aqua ſuperdato.

[29. *Ut umbilicus a partu magnus ac elegans fiat.*] Operculum urcei chartaceum ſumens panniculo involve, deinde thuris pulvisculum ovi albo comprehendens illine et in umbilicum mitte tenaciterque alligato.

[30. *Ad uteri ſtrangulatus.*] Teſtudinis terreſtris jecur tritum in peſſo naturalibus imponito; perpetuo reſpondet, cuiquam ne communices.

[31. *Potio ad uteri dolorem.*] Leporis cor aridum et in ramenta conciſum potui detur.

[32. *Ad tormina uteri a partu, corruptiones et*

καὶ φθορὰς καὶ πνιγμούς.] Λεπτοσφαίρους ὀβολοῦ S''. ὀρεσίνημα καλοῦσι, τοῖς τρισὶ δακτύλοις μετὰ γλυκέος πινέτω.

[λγ'. Πρὸς ὑστέρας πόνους.] Γλυκείας ῥοᾶς ῥίζαν ἐν οἴνῳ πινέτω.

[λδ'. Πρὸς τὰς ἐκ μήτρας σκληρίας.] Κύμινον λεῖον καὶ πηγάνου φύλλα ἀναλάμβανε πίσσῃ ὑγρᾷ καὶ βουτύρῳ καὶ πεσσὸν ποιήσας δι' ἐρίου ἐντίθει.

[λε'. Πόμα πρὸς ὑστερικὰς γυναῖκας.] Καστόριον μετὰ ἀνίσου πότιζε. ἄλλο. κύμινον τρίψας καὶ μελανθίου μέρος S''. μετὰ ὀξυμέλιτος πότιζε.

[λστ'. Πόμα πρὸς ῥοῦν γυναικεῖον.] Πευκεδάνου ῥίζαν καὶ κυπαρίσσου σφαιρίων ἴσα ἑκάστου ἐν οἴνῳ λευκῷ δίδου πιεῖν. ἄλλο. γίγαρτα σταφυλῆς μελαίνης ξηρὰ λειώσας ἐν οἴνῳ μελαυστηρῷ δίδου πίνειν. ἄλλο. πιτυὰν ἐρίφου λαβὼν λείανον σὺν ὄξει δριμυτάτῳ καὶ δίδου νήστει πιεῖν. ἄλλο. κοράλλιον δίδου ἐν οἴνῳ μέλανι καὶ παραχρῆμα στήσεται. ἄλλο. νάρθηκος σποδὸν καὶ μήκωνος κονίαν ἐν ὕδατι δίδου πίνειν πρὸς ὀλίγον· εἰ δὲ εἴη πλέον φερόμενον, σπόγ-

ſtrangulatus.] Leptoſphaeros accipito ad oboli ſemiſſem, oreſinema vocant, tribus digitis et ex dulci bibito.

[33. *Ad uteri dolores.*] Mali punici dulcis radicem ex vino propinato.

[34. *Ad uteri duritias.*] Cuminum tritum et rutae folia pice liquida excepta et butyro in peſſu ex lana facto impone.

[35. *Alia potio ad mulieres in utero laborantes.*] Caſtoreum cum aniſo propina. *Alia.* Cuminum tritum et nigellae ſemiſſem ex aceto mulſo propina.

[36. *Potio ad muliebre profluvium.*] Peucedani radicis et cupreſſi baccarum pares portiones ex vino albo potentur. *Alia.* Uvae nigrae acinorum arida ſemina ex vino nigro auſtero potui dentur. *Alia.* Hoedi coagulum acerrimo aceto maceratum jejuno propinato. *Alia.* Corallium ex nigro vino dato et confeſtim ſupprimetur profluvium. *Alia.* Ferulae cinerem et papaveris pulverem ex aqua pauxillum exhibeto; quodſi largis effluat, ſpon-

Ed. Chart. X. [635.]
γον καύσας δίδου ὅσον < γ'. ἄλλο. κέρας ἐλάφειον καύσας δὸς πιεῖν.

[λζ'. Πρόσθετα.] Ῥοιὰν σὺν ἐρίῳ καταπλάσας προστίθει. ἢ σίδια ἑψήσας καὶ τρίψας ἐν ἐρίῳ δεῖ προστίθεσθαι ἐν πεσσῷ. ἄλλο. κηκῖδος τὸ ἐντὸς καὶ λιβάνου ἀναλαβὼν ἐν πεσσῷ προστίθει διὰ ὕδατος. ἄλλο. γλήχωνα λεῖον ἀναλαβὼν ἐρίῳ καθαρῷ προστίθει· βοηθεῖ δὲ ὄξει ξεστῷ σπόγγος βαπτόμενος καὶ ἐκθλιβόμενος συμμέτρως καὶ μηρῶν δὲ συναγωγὴ καὶ δέσις ἄκρων καὶ κατάκλισις ἐπὶ κεφαλήν.

[λη'. Πρὸς τὸ μὴ καθυγραίνεσθαι τὸ αἰδοῖον ἐν ταῖς συνουσίαις τῶν γυναικῶν.] Κηκῖδος ὀμφακίνης κόκκους δ'. σποδίου, ᾧ χρῶνται εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ, μύστρα δύο τρῖψον καὶ μῖξον εἰς τὸ αὐτὸ καὶ ἀπόθου εἰς ἀγγεῖον καθαρὸν καὶ τούτου λαμβάνουσα μύστρον οἴνῳ παλαιῷ διεῖσα καὶ τούτῳ ὑπονοτιζέσθω ταῖς πρώταις ἡμέραις, ἡ γαμηθεῖσα καθ' ὅλου τοῦ βίου διαμενεῖ τοὺς τόπους μὴ καθυγρουμένη. ἄλλο. κηκῖδας ἐμβρέχων εἰς ὕδωρ ἡμέρας η'. εἶτα βρέχε ἔριον

giae combuſtae drachmas iij exhibeto. *Alia.* Cornu cervinum uſtum potui dato.

[37. *Medicamenta naturalibus imponenda.*] Malum punicum in lana more cataplasmatis appone. Aut mali punici coria elixa in lanaque trita in peſſo apponenda ſunt. *Aliud.* Gallae interiora et thuris tantundem in peſſo accipiens ex aqua appone. *Aliud.* Pulegium tritum lana munda comprehendens naturalibus impone. Opitulatur etiam ſpongia ferventi aceto madida et mediocriter expreſſa; femorum praeterea coitio, extremorum deligatio atque in caput decubitus.

[38. *Ut mulierum naturalia in concubitu non humescant.*] Gallae immaturae grana quatuor, cinerulae, qua in oculorum vitiis uti conſueverunt, myſtra duo terito, in unum misceto et in nitido ut vitreo vaſe reponito; ex hoc myſtrum ſumens veteri vino dilutum eo primis diebus nupta naturalia ſublinat, ac per totam vitam lo-

Ed. Chart. X. [635. 636.]
τεθυωμένον τρυφερὸν τῷ ἀποβρέγματι καὶ μὴ ἐκπιέζων ἔα ξηρανθῆναι καὶ πεσσὸν ποιῶν τοῦ ὁρίου δίδου ὑποτίθεσθαι· [636] καὶ ἔσται ὡς παρθένος ἐν τῇ συνουσίᾳ. αἱρείτω τὸ ἔριον καὶ ξηραινέτω καὶ πάλιν χρήσθω εἰ θέλει. ἄλλο. ὀξυλαπάθου σπέρμα τρίψας δίδου ὑποτίθεσθαι καὶ ἔσται ὡς παρθένος. ἄλλο. κηκίδας κόψας εἰς ὕδωρ ἔμβαλε καὶ δίδου προσκλύζεσθαι καὶ θερμοτέρας ποιεῖ τὰς γυναῖκας. ἄλλο. ὀθόνια ἰσχνὰ ἀποβρέχειν εἰς στυπτηρίαν μετὰ ὕδατος ἀνειμένην καὶ ξηραίνειν· εἶτα κυπέρου καὶ κασσίας καὶ κηκίδος ἴσον ἑκάστου τρῖβε ἐν οἴνῳ παλαιῷ πάχος ποιεῖν μέλιτος. τούτῳ τὰ ὀθόνια βρέχων ἀναξήρανον καὶ δίδου προστίθεσθαι καὶ κέλευε συνέχειν ὥραις δυσὶ ταμιευομένην πρὸς τὴν χρείαν· ὅταν δὲ ὁμιλεῖν μέλλῃ, τότε ἀφαίρετο ἐκεῖνα. ἄλλο. λαβοῦσα δὲ μέλι καὶ νίτρον καταχριέτω τὸ μόριον μέχρι τοῦ ἐφηβαίου. οὕτως συγγίνου.

Κεφ. κζ'. [α'. Πρὸς τὸ ἀνέντατόν τινα γενέσθαι.]

corum illorum humiditatem non praecipiet. *Aliud.* Gallas per octo dies in aqua macerato; deinde lanam mollem fulfure fuffumigatam aqua illa madefacito et non expreffam ficcefcere finito; ex lana peffum faciens naturalibus immittito; in congreffu venereo virgo putabitur; deinde lanam tollito exficcatoque atque iterum, fi lubet, utitor. *Aliud.* Acidi rumicis femen tritum fubmittendum exhibeto et erit ut virgo. *Aliud.* Gallas contufas in aquam demitte, ex qua fubluantur mulierum naturalia: anguftiora enim reddentur. *Aliud.* Panniculos tenues in aquam alumen liquatum habentem demergito et exficcato; deinde quadrati junci, caffiae, gallarum, fingul. parem modum ex vino veteri conterito, donec mellis craffitudo fiat; in hoc panniculos madefaciens reficcato utque imponant concedito, atque ita per duas horas retineant vel prout requirit neceffitas; et cum venere uti volent, eximant. *Aliud.* Melle et nitro usque ad putem naturalia oblinito atque ita concubito.

Cap. XXVII. [1. *Ut ne cui penis arrigi poffit.*]

Ed. Chart. X. [636.]
Κήρυκα καύσας σβέσον οὔρῳ βοὸς τομίου καὶ λάμβανε ἀπὸ τούτου ἢ ἐν ποτῷ ἢ ἐν βρωτῷ. τὸ δὲ ἄλλο εἰς ἀγγεῖον ἀπόθου. ἄλλο. λύσις. ἄναψον τὸ ξυλάριον καὶ παύεται. ἄλλο. ὀξύσχοινος ἐντεθεῖσα καὶ γενομένη κηρύκου σχῆμα τοῦ ὄξεως ἐκκριθέντος εἰς τὴν κοίτην ἐπιτίθει ὑπὸ τὰ στρώματα καὶ κατέχει τὰς ἐπὶ τὰ ἀφροδίσια ὁρμάς. ἄλλο. κορίαννον ἢ γλήχων ἐσθιόμενος πολλάκις ἀνέντατον ποιεῖ. ἄλλο. χολὴ νάρκης ἐάν τις τὸ μόριον ἀνέντατον ἔσται. ἄλλο. ἀπὸ λύχνου αὐτομάτως σβεσθέντος λαβὼν πομφόλυγα τὴν ἔτι ζῶσαν βάλλε εἰς τὸ πόμα καὶ δὸς πιεῖν, γενήσεται γὰρ ἀνέντατος ὅλην τὴν νύκτα ὁ πιών.

[β'. *Ἐντατικὰ τοῦ αἰδοίου.*] *Αἰδοῖον ἐντείνουσι καὶ ἐξορμάουσι πρὸς ἀφροδίσια τάδε· κωναρίων, πεπέρεως, πετροσελίνου, ἐλαφίου αἰδοίου ῥινήματος τερεβινθίνης ἀνὰ ἴσα μέλιτι ἀναλάμβανε καὶ σὺν οἴνῳ δίδου πίνειν. ἄλλο. λαβὼν ἐρεβίνθων ὠμῶν, κωναρίων γο. β'. εὐζόμου σπέρματος, πεπέρεως λευκοῦ ἀνὰ γο. α'. μέλιτος τὸ ἀρκοῦν, δίδου δί-*

Buccinum uſtum lotio bovis caſtrati extinguito; hoc in cibis aut potionibus utitor; quod remanet, in vaſe reponito. *Aliud.* Parvulum lignum appendito, et deſinit. *Aliud.* Acutus juncus impoſitus, ut in figuram cyrici redactus illius qui cito ſemen excernit, ſub ſtragulis veſtibus poſitus, impetum in venerem cohibet. *Aliud.* Coriandrum aut pulegium ſi frequentius edatur, penem flaccidum reddit. *Aliud.* Fel torpedinis ſi quis potui det, genitale membrum minime rigebit. *Aliud.* Lucernae ſponte exſtinctae ſcintillam adhuc vivam ſi in poculum conjeceris et potui dederis, per totam noctem penis arrigi non poterit.

[2. *Ad arrectionem pudendi.*] Pudendum intendunt et movent ad coitum iſta: nucum pinearum, piperis, petroſelini, ſcobis pudendi cervini aridi, terebinthinae, ſingulorum partes aequales excipe melle: et ex vino bibendas praebe. *Aliud.* Recipe cicerum crudorum, nucum pinearum ſingulorum unc. ij, ſeminum erucae, piperis albi ana unc. j, mellis quod ſufficit; da drach. ij

Ed. Chart. X. [636.]
δραχμὸν σὺν οἴνῳ. ἄλλο. αἰδοῖον κατάχριε τῷ μέλιτι πρὸ ἀφροδισίας. ἄλλο. εὐζόμου σπέρμα σὺν μέλιτι δίδου πίνειν. ἄλλο. χυλοῦ τοῦ εὐζόμου κυάθους β'. μετὰ πεπέρεως λευκοῦ τὸ ἀρκοῦν δίδου διὰ τριῶν ἡμερῶν τῶν ἐπαλλήλων ἡμερῶν. ἢ χυλοῦ εὐζόμου καὶ πεπέρεως λευκοῦ δίδου κοχλιάριον α'. νήστει. συμφέρει καὶ ὄστρακον ἐχίνου θαλασσίου πινόμενον καὶ τὸ γάλα βόειον πιόν. ἄλλο. πολυγόνου βοτάνης σπέρμα καὶ σάρκα ἰχθύων ποταμίων ξηρὰν τρίψας δίδου πίνειν· ἐντατικὸν γάρ ἐστι. ὁμοίως σπέρμα τῆς ἀνδράχνης ἑψηθὲν μετὰ γάλακτος βοείου δίδου· πάνυ βοηθέει. ὁμοίως ὠὰ πέρδικος ἐσθιόμενα. ἄλλο. σπέρμα πράσου σὺν ἀκράτῳ οἴνῳ δὸς πίνειν. ἄλλο. χυλὸς πολυγόνου βοτάνης πινόμενος ποιεῖ ἀφροδίσια ἑτοιμοτέρους. ἄλλο. τὸ ὕδωρ ἐν ᾧ σβεσθῇ ὁ σίδηρος πῖνε σὺν οἴνῳ. ἄλλο. ὀρχιδίου ξηροῦ ἀλώπεκος κοχλιάριον α'. πῖνε. ἄλλο. χυλὸν ἀσφοδέλου ῥίζης ἐκπιέσας δίδου πίνειν. ἄλλο. ὅταν ὁ ταῦρος μετὰ συνουσίαν οὐρήκῃ, γῆν συμμίξας τῷ πηλῷ ἐξ οὔρου καταπλασσομένῳ αἰδοῖον κατάχριε. ἄλλο. κόπρῳ τῇ βοείᾳ προσφάτῳ αἰδοῖον κατά-

cum vino. *Aliud.* Unge pudendum melle antequam coëas. *Aliud.* Semen erucae bibendum exhibeto cum melle. *Aliud.* Succi erucae cyathos ij, cum pipere albo quod sufficit da tribus diebus alternis diebus. Vel succi erucae et piperis albi da cochlear unum jejuno. Confert etiam testa marini erinacei bibita et lac bubulum bibitum. *Aliud.* Sanguinalis herbae semen et carnem piscium fluvialium siccam terens bibendam praebe; tentiginem enim facit. Similiter semen portulaceae coctum cum lacte bubulo mire prodest. Item ova perdicis si comedantur. *Aliud.* Semen porri cum vino mero bibendum exhibe. *Aliud.* Succus sanguinalis herbae bibitus facit promptiores ad coctum. *Aliud.* Aquam, in qua exstinguitur ferrum, bibe cum vino. *Aliud.* Testiculi vulpis sicci bibe cochlear unum. *Aliud.* Succum expressum e radice hastulae regiae da bibendum. *Aliud.* Quando taurus, postquam coiverit, minxerit, terram commisce et luto, quod fit ex urina, unge pudendum. *Aliud.* Stercore bovis recenti unge pudendum.

Ed. Chart. X. [636. 637.]
χριε. ἄλλο. κόκκον γνίδιον τρίψας καὶ σὺν ἐλαίῳ ῥοδί-
[637] νῳ διαμίξας κατάχριε. ἄλλο. χυλῷ περιστερεῶνος αἰδοῖον κατάχριε.

[γ'. Πρὸς ὕπνον.] Εἰς φύλλον δάφνης ἐπίγραφε καὶ ὑποτίθει ἐπὶ τὴν κεφαλὴν λεληθότως, ὀνομάζων κόνκοφον βραχερέον.

[δ'. Πρὸς τοὺς μὴ δυναμένους συνουσιάζειν.] Σκαμμωνίαν μεθ' ὕδατος χρίου.

Κεφ. κη'. [Πρὸς τὸ δῆγμα τῶν ἰοβόλων ζώων.] Πρὸς δῆγμα τῶν ἰοβόλων θηρίων τὰ μελίας φύλλα κόψας χυλοῦ δίδου κοχλιάρια γ'. ἀπυρέττουσι μετὰ τῶν γ'. κυάθων τοῦ οἴνου. ἄλλο. φλοῖον δένδρου βαλάνου ἢ εὔζυμον τὸ ἐν τοῖς λαχάνοις γιγνόμενον, ἢ χαμαιπίτυα, ἢ σκόροδον, ἓν ἐξ αὐτῶν τρίψας σὺν οἴνῳ ἀκράτῳ νήστει δίδου πίνειν. ἄλλο. αἷμα τῆς νήττης ἐναντιοῦται πᾶσι τοῖς δηλητηρίοις καὶ θανασίμοις. τοῦτο μὲν αὐτὸ ποιοῦσιν αἱ σάρκες τῆς ὄρνιθος προσφάτως ἀναιρεθείσης τοῖς δήγμασιν ἐντιθέμεναι· ἐναντιοῦνται γὰρ τοῖς ἰοβόλοις ἅπασι καὶ ἰαοῦνται

Aliud. Granum gnidium tere et permiſce cum oleo roſaceo et unge. *Aliud.* Succo verbenacae unge pudendum.

[3. *Ad ſomnum conciliandum.*] Lauri folia inſcripta capiti clanculum ſubjicito, nominans concophon brachereon.

[4. *Ad eos, qui coire nequeunt.*] Scammoniam ex aqua illinito.

Cap. XXVIII. [*Ad morſum venenoſorum animalium.*] Ad morſum venenoſorum animalium fraxini folia tere et ſucci da cochlearia tria non febricitantibus cum tribus cyathis vini. *Aliud.* Corticem arboris glandis vel erucam, quae in oleribus naſcitur, vel ajugam, vel allium, unum ex his terens da cum vino non aquato jejuno bibendum. *Aliud.* Sanguis anatis adverſatur omnibus venenoſis et mortiferis. Hoc idem etiam faciunt carnes gallinae nuper occiſae, ſi morſibus imponantur; obſiſtunt enim omnibus venenoſis et medentur praeter aspidis

Ed. Chart. X. [637.]
πλὴν δήγματος τοῦ ἀσπίδος. ἄλλο. πήγανον σὺν οἴνῳ δίδου πίνειν. ἄλλο. ἐγκέφαλος τῆς ὄρνιθος πινόμενος ὠφελεῖ.

[Πρὸς τὰ τῆς ἔχεως δήγματα.] Τὴν χαλβάνην σὺν κυπρίνῳ πρόσθες. ἄλλο. ἕρπυλλον σὺν ὄξει ὁμοίως κατάχριε.

[Ὑποθυμιάματα τῶν ἰοβόλων φευκτικά.] Τὸ πύρεθρον καὶ θεῖον ἐμπύριζε καὶ φεύξονται. ἄλλο. ταυτὸ ποιεῖ τὸ κέρας ἐλάφου καὶ τὸ στέαρ αὐτοῦ· ἔτι καὶ τὸ σκύτος καὶ πόδες, τὰ μὲν ταῖς πύλαις ἐμπηγνύμενα τὴν ἅπαντος ἰοβόλου εἴσοδον κωλύουσιν. ἄλλο. πνεύμων ὄνου ὑποθυμιαζόμενος ἅπαν ἰοβόλον φυγαδεύει.

[Ὡς ἔχιδνα μὴ δήκῃ.] Δρακόντιον τρίψας τὴν χεῖρά σου κατάχριε καὶ μὴ δηχθήσῃ. σπέρμα δὲ ταύτης βοτάνης τετριμμένον σὺν ὕδατι καὶ τιθὲν ἐν τοῖς ὕδασι τῶν ἀποδημεόντων αὐτὰς φυγαδεύει. ἄλλο. χυλῷ στρύχνου χεῖρας κατάχριε.

[Ἐπίθεμα πρὸς τὰ δήγματα τῆς ἐχίδνης.] Ἐχίδνης κεφαλὴν ἀποκόψας τὸ μόριον αἱματηρὸν τῷ τόπῳ ἀποδηχθέντι προστίθετι καὶ ἐπίδει καὶ οὕτως ἔα.

morſum. *Aliud.* Rutam da cum vino bibendam. *Aliud.* Cerebrum gallinae bibitum juvat.

[*Inunctio ad morſus viperae.*] Galbanum cum cyprino unge. *Aliud.* Serpyllum cum aceto ſimiliter illine.

[*Suffitus fugantes venenoſa animalia.*] Pyrethrum et ſulfur incende et fugient. *Aliud.* Cornu cervi et ejus pinguedo idem facit; pellis etiam et pedes dextri ſi infigantur januae, prohibent ingreſſum cujuslibet venenoſi. Pulmo aſini ſi fumigetur, omne venenoſum fugat.

[*Ut vipera non mordeat.*] Dracunculum tere et obline manum et non mordeberis. Semen vero ipſius herbae tritum cum aqua et poſitum in aquis peregrinantium fugat eas. *Aliud.* Ex ſucco ſolani manus illine.

[*Epithema in morſis a vipera.*] Viperae caput abſcindens applica partem cruentam loco demorſo, liga et dimitte ſic.

Ed. Chart. X. [637.]

[*Πυρία πρὸς τὸ δῆγμα τῆς ἐχίδνης καὶ μυγάλης.*] *Τρίφυλλον ἀσφάλτιον ἕψε καὶ ἀφεψήματι θερμῷ τόπον ἀποδηχθέντα πυριᾷ. οὐδεὶς δὲ πυρίᾳ ταύτῃ χράσθω ὁ μὴ πάσχων. μεταβαίνει γὰρ ἡ διάθεσις εἰς αὐτὴν, ὡς νομίζῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς ἐχίδνης ἢ μυγάλης ἀποδηχέντα.*

[*Fomentum ad morſum viperae et muris aranei.*] Trifolium bituminoſum coque et decocto calido locum demorſum fove. Nullus autem fomento illo utatur, qui non patitur: tranſit enim affectus in eum, ut putet ſe a vipera vel araneo mure demorſum.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΕΥΠΟΡΙΣΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ ΠΡΟΣΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΝ.

Ed. Chart. X. [638.]

[638] [Περὶ τῆς σταφυλῆς πασχούσης θεραπείας.] Θεραπεύσῃς σταφυλὴν οὕτως· ἐν ἀρχῇ μὲν αὐτῆς τῆς φλεγμονῆς δίαιτα λεπτὴ καὶ εὔχυμος ἔστω καὶ ῥοφήματα καὶ ἀναγαργαρίσματα δι᾽ οἰνομέλιτος, ἢ μελικράτου, ἢ ἑψήματος χλιαροῦ, ἢ ὀξυμέλιτος ἀναγαργαριζομένου καὶ ἀποχεομένου καὶ μὴ καταπινομένου· καὶ μασήματος διὰ πυρέθρου ἢ πεπέρεως, ἢ σταφίδας ἀγρίας λειώσας μετὰ

GALENI DE REMEDIIS PARABILIBUS LIBER TERTIUS ADSCRIPTITIUS.

[*De uvae affectibus curandis.*] Sic uvam laborantem curaveris: per inflammationis initia victus tenuis et boni succi instituatur; sorbitiones et gargarismata fiant ex mulso vel ex mulsa vel sapa tepida vel aceto mulso quod gargarizetur et effundatur nec sorbeatur. Manducetur autem pyrethrum vel piper vel staphisagria, quae

Ed. Chart. X. [638.]
νίτρου καὶ ἁλὸς παράτριβε τὸν οὐρανίσκον καὶ τὴν σταφυλὴν, καὶ παύει τὴν φλεγμονήν· ἔξωθεν δὲ ἐπίθετα τὰ αὐτὰ καὶ τὰ ὁμοίως θερμαίνοντα καὶ τὴν φλεγμονὴν παρηγοροῦντα καὶ τὴν ὀδύνην παύοντα· ἐπιθέματα δὲ καὶ καταπλάσματα ἐπιτήδεια.

[*Περὶ τῆς ἀνακρεμασθείσης σταφυλῆς*] Ὑσσώπου ῥίζαν καὶ ἰσχάδων χυλὸν μίξας ἀναγαργάριζε, ὁμοίως καὶ εἰς παρίσθμια καὶ σταφυλὴν ὁμοῦ ζέσας ἀναγαργάριζε φοίνικας δηλονότι καὶ φακήν.

[*Εἰς τὸ τηρεῖν ἀδίψους ἀεί ποτε.*] Γλυκυῤῥίζης χυλὸν πότιζε ἢ ἀνδράχνης ὅσον κύαθον κατάπιε. ἄλλο. ἀνίσου γο. α'. γλυκυῤῥίζης χυλοῦ γο. β'. τραγακάνθης βεβρεγμένης γο. β'. ἀνάπλασον τροχίσκους καὶ ξήρανον ἐν σκιᾷ καὶ ἐκ τούτων δίδου κατέχειν ὑπὸ τὴν γλῶτταν ἕνα τροχίσκον καὶ τὸν χυλὸν καταπίνειν καὶ οὐ διψήσει.

[*Πρὸς δυσηκοΐας καὶ κωφώσεις.*] Χολὴν αἰγείαν πρόσφατον ἴσα μίξας μέλιτι ἀκάπνῳ χλιαρὸν ἔνσταζον εἰς τὸ οὖς. ἄλλο. λαγωοῦ χολὴν νεαρὰν μέλιτι μίξας ἐπίσης καὶ

cum ſale et nitro trita, palato uvaeque affricta phlegmonem ſedat; ea itidem exterius appoſita et id genus alia calefacientia et phlegmonem mitigantia doloremque ſedantia; epithemata vero et cataplasmata idonea ſunt.

[*Ad pendentem uvam.*] Hyſſopi radicem et caricarum ſuccum ſimul mixta gargarizato; ita etiam ad tonſillas, columellam, palmulas et lentem ſimul fervefactas gargarizato.

[*Ut diu ſine ſiti quis ſervetur.*] Radicis dulcis ſuccum bibat aut portulacae cyathum devoret. *Aliud.* Recipe aniſi unc. j, ſucci radicis dulcis unc. ij, tragacanthae madefactae unc. ij, ex his trochiscos confice eosque in umbra exſicca et trochiscum unum ſub lingua contineat ſuccumque ejus devoret nec ſitiet.

[*Ad gravem auditum et ſurditatem.*] Fel caprinum recens cum pari portione mellis ſine fumo cocti mixtum in aures tepidum inſtillato. *Aliud.* Leporis fel recens cum

χλιάνας ἐν φλοιῷ κρομμύου ἐπίσταζον εἰς τὸ οὖς· καὶ γὰρ καὶ τοὺς μηδ᾽ ὅλως ἀκούοντας ποιεῖ ἀκούειν. ἄλλο. συὸς ἡμέρου χολὴν ἴσα μέλιτι ἀκάπνῳ ἑνώσας χλιαρὸν ἐγχωμάτισον· ἢ σκίλλης χυλὸν καὶ ῥόδινον μίξας χρῶ. ἄλλο. ὀρόβου χυλὸν ἔνσταζον, ἐπίθες στυππίῳ μετὰ ῥοδίνου.

[Πρὸς κοιλιακοὺς ἐργαλεῖον.] Μύρτων χλωρῶν, ῥόδων ξηρῶν, σιδίων ῥοιᾶς, βαλαύστια, κηκίδας ε΄. οἰνομέλιτι φυράσας διὰ γα- [639] *στρὸς παράπεμψον, ἢ κυάμου λέπυρα σὺν οἴνῳ ἀποζέσας ἔνιε διὰ κλυστῆρος· ἢ φακὴν ἀποζέσας τὸν χυλὸν χλιάριον ὁμοίως ποίει· ἢ ὀρύζης μὴ κεκαθαρισμένης τὸν χυλὸν ὁμοίως, ἢ σιδηρίτιδος βοτάνης τὸν χυλὸν χλιαρὸν ὁμοίως, ἢ ἀκακίας χυλὸν ἔνιε, ἢ ψιμύθιον καὶ λιθάργυρον λειώσας μετὰ μέλιτος καὶ οἴνου παράπεμψον.*

[Εἰς στρόφον κοιλίας.] Κύμινον μετὰ μέλιτος δίδου φαγεῖν καὶ θαυμάσεις· ἢ καλάμου ῥίζαν καύσας πότισον μετὰ οἴνου κύλικος ἑνός.

[Εἰς τὸ στῆσαι κοιλίαν.] Ὀρίγανον μετὰ ὕδατος ἑψή-

mellis portione pari in cortice caepae tepefactum in aures inſtillato, hoc enim eis etiam qui nihil prorſus audiunt, auditum reſtituit. *Aliud.* Domeſtici ſuis ſel cum melle non fumoſo ad pares portiones mixtum tepidum in aures inſtillato; aut ſcillae ſuccum cum roſaceo mixtum in uſu ſit. *Aliud.* Ervi ſuccum inſtilla et ſtuppam roſaceo imbutam deſuper appone.

[*Ad urinae difficultatem et ſtillicidium.*] Recipe coſti, mellis, aquae cyathos ix, ex his in potum da craterem, mercede tamen prius expetita. *Aliud.* Cyperi Aſiatici triti cochlearium j ex vino meraco aut ex melle exhibe: probatum eſt.

[*Ad urinae difficultatem.*] Petroſelini Macedonici triti da cochlearium.

[*Ad ſtillicidium.*] Cucurbitam aridam tritam inſtar farinae da ex aqua quantitate cochlearii parvi ad bibendum.

[*Ad mingentes in ſtragulis.*] Leporis cerebrum ex vino bibat. *Aliud.* Veſicam aſſam comedendam dato per triduum. Aut cyperum tritum bibendum dato, vel teſtem leporis ex vino odorato tepido potui dato.

[*Ad ſtillicidium.*] Arborem thuris diutius ferveſacito in vino et per triduum potui dato. Accipe raphida marinum pisciculum, urito et cinerem bibendum offerto.

[*Περὶ λειχήνων.*] *Κέρας ἐλάφου ῥινήσας μετ' ὄξους δριμυτάτου ἀποτριτώσας ἐπάλειφε.*

[*Πρὸς ἀγρίου λειχῆνας.*] *Κριθάλευρον μετ' ὄξους δριμέος ἐμμίξας ἄλειφε, ἢ ἀκροσφοδείλου ῥίζαν σὺν ὄξει λειώσας χρῖε συχνῶς, ἢ καῦσον λινοῦν πανίον ἐπάνω σιδήρου καὶ ἄλειφε, ἢ φύλλα καρύας χλωρὰ ἀποζέσας κατάπλαττε. τοῦτο καὶ ἐπὶ ψώρας.*

[*Πρὸς αἰδοίου πόνον καὶ φλεγμονήν.*] *Κύμινον ἑψήσας πολλὰ καὶ λέπυρα ὠῶν ἐπάντλει, καὶ θαυμάσεις.*

[*Πρὸς λειχῆνας.*] *Σκόροδον καὶ θεάφην, ὕδωρ καὶ ἔλαιον σμήξας ἄμφω ἄλειφε.*

[*Κατάπλασμα πρὸς τραύματα πρόσφατα ἀπὸ ξίφους ἢ ξύλου.*] *Ἰτέας φύλλα τρίψας ἐπίθες καὶ τὸ αἷμα στήσεις καὶ τὰ τραύματα παρακολλᾷ καὶ ὑγιαίνει. ἢ βολβοὺς προβάτων ἅμα ἐλαίῳ λειώσας κατάπλασον.*

[*Πρὸς δηλητήρια φάρμακα.*] *Πήγανον καὶ σῦκον καὶ κάρυον τρίψας πότισον μετ' οἴνου, ἢ τῆς νύσσης τὸ αἷμα*

[*Ad impetigines.*] Cornu cervi ramenta ad tertias ex acerrimo aceto coquito ac illinito.

[*Ad ferinas impetigines.*] Hordeaceam farinam acri aceto misce et illine. Aut haſtulae regiae radicem ex aceto terito et inungito frequenter. Aut linteum lineum urito ſuper ferro candenti et illinito. Aut folia virentis nucis coquito et facto cataplasmate apponito; hoc valet etiam ad ſcabiem.

[*Ad dolorem et inflammationem penis.*] Cuminum et ovi putamina plurimum decoquito et foveto, et mirabere.

[*Ad impetigines.*] Allium et theapheu, aquam et oleum ſimul misce et illine.

[*Cataplasma ad recentia vulnera ex enſe vel ligno.*] Salicis folia trita imponito et ſanguinem reprimes et vulnera conglutinabis, ſanitatemque reſtitues. Aut fimum ovillum ex oleo tritum in modum cataplasmatis imponito.

[*Ad medicamenta pernicioſa.*] Rutam, ficum et nucem terito et ex vino da in potum. Aut fulicae ſanguis

Ed. Chart. X. [667.]
ὑγρὸν σὺν ἐλαίῳ πινόμενον σώζει τοὺς πιόντας δηλητήριον φάρμακον καὶ τοὺς ὑπὸ ἐχίδνης δηχθέντας.

[*Πρὸς ῥεῦμα ἐν τῷ λαιμῷ.*] Χελιδόνος νεοττιὰν λειώσας μετ᾽ ὄξους κατάχριε.

[*Πρὸς μαστῶν γυναικῶν ὄγκους.*] Αἰγὸς ἀφόδευμα ξηρὸν μετὰ οἴνου ἀκράτου ἐπίθες καὶ λύει τὴν φλεγμονήν.

[*Εἰς λυκοκεφαλίαν.*] Χοίρου ἀφόδευμα καύσας καὶ λαβὼν σποδὸν, μίξας μετὰ μέλιτος, ξυρήσας τὴν κεφαλὴν ἄλειφε καὶ ἐπίθες ἐπάνω κράμβης φύλλα.

[*Βηχικοῖς καὶ ἑκτικοῖς.*] Στύρακος καὶ κράμβης χυλοῦ συντρίψας καὶ ζυμώσας δίδου νήστει καὶ εἰς κοίτην, ἢ δαφνελαίου καὶ οἴνου καλοῦ, ἀνὰ < γ΄. σμήξας καὶ χλιάνας ἐν λουτρῷ ἔσωθεν καὶ οἰνελαίου θερμοῦ κέρα καὶ συμπυριάσας τῷ στομάχῳ. ἄλλο. θερμῶν πυρίαν στακτὴν βρέξας, πυρία πόδας τοῦ βήσσοντος καὶ ἀποσπογγίσας αὐτοὺς ἐπάλειφε καὶ πυρίαζε. τοῦτο δὲ βῆχας ἰαθήσεται.

[*Εἰς βῆχας.*] Ῥητίνην συντρίψας μετὰ οἴνου παλαιοῦ

liquidus cum oleo bibitus eos fervat qui medicamentum venenofum auferunt et eos quos momordit vipera.

[*Ad fluxionem gutturis.*] Hirundinis nidum ex aceto terito et illinito.

[*Ad tumores mammarum mulierum.*] Si caprinum ftercus aridum teras ex vino meraco et imponas, inflammationem folves.

[*Ad lupinum capitis dolorem.*] Stercus fuillum urito cineremque cum melle misceto et caput prius rafum illinito, appofitis defuper braſſicae foliis.

[*Ad tuffim et febrem hecticam.*] Styracem et braſſicae fuccum fimul terito et ea fermentata jejuno et eunti cubitum exhibeto. Aut recipe olei laurini et optimi vini utriusque drach. iij et misce et tepefac in balneo interius, et vinum oleumque calidum temperato et ftomachum foveto. *Aliud.* Lixivio collato calido pedes foveto et fpongia deterfos illinito et foveto; hoc tuffes curat.

[*Ad tuffes.*] Refinam tritam ex vino veteri jejuno

Ed. Chart. X. [667. 668.]
πότισον νήστει. καὶ γλήχωνα μετ' ὀξυκράτου προεψήσας δὸς πιεῖν, ἢ βερονίκην ζυ- [668] μώσας μετὰ μέλιτος δίδου φαγεῖν, ἢ ῥαφανὴν ὀπτὴν ἐσθιομένην δίδου πρωῒ καὶ ὀψὲ, ἢ βούτυρον ἄναλον καπινέτω βασιλικοῦ καρύου μέγεθος.

[*Πρὸς τοὺς ἐν τῷ θώρακι χυμούς.*] Κνίδης τὰ φύλλα συνεψηθέντα πτισάνῃ δίδου πίνειν. ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς πνευματώσεις καὶ ἀνάγει τὰ ἐν τῷ θώρακι.

[*Πρὸς βῆχας.*] Τῆλιν ἑψήσας ἕως ὅτου ἀποτριτωθῇ, τὸ ζεμάτιον λάβε τῷ πρωῒ μετὰ μέλιτος.

[*Εἰς καλλιφωνίαν.*] Τραγάκανθα ἀποβραχεῖσα ἐν οἴνῳ καὶ ποθεῖσα φωνὴν λαμπρύνει.

[*Πρὸς ἀποκοπὰς φωνῆς.*] Στύρακα λειώσας μετὰ ὕδατος ποίει καταπότια ἴσα ἐρεβίνθοις καὶ δίδου τρίτον καὶ εὐθέως λαλήσει.

[*Αὐξητικὰ πλοκάμων καὶ πώγωνος, εἰ ἐπιῤῥέουσι.*] Τεῦτλον μετὰ μυρσινελαίου καὶ πολυτρίχου μίξας κατάχριε τὰς τρίχας, ἢ ἀδίαντον καὶ λάδανον ἴσα λειώσας μετ' ἐλαίου

bibendam dato. Et decoctum pulegii ex posca bibatur. Et beronicem cum melle fermentatam edendam dato. Aut raphanum tostum comedendum offerto mane et vesperi. Aut butyrum sine sale quantitate nucis avellanae devoret.

[*Ad humores in pectore detentos.*] Urticae folia ptisanae incocta potui dato; sed ad inflationes benefaciunt materiamque ex pectore educunt.

[*Ad tusses.*] Foenum graecum decoctum quousque tertia pars supersit et ejus jusculum summo mane ex melle bibat.

[*Ut vox canora fiat.*] Tragacantha vino madefacta et epota vocem claram efficit.

[*Ad amissam vocem.*] Styracem terito, ex qua catapotia ex aqua formato magnitudine ciceris et ter dato, statimque loquetur.

[*Ad augendos capillos et barbam, si decidant.*] Betam cum oleo myrteo et polytrichum misce et illine capillos. Aut adiantum et ladanum paribus portionibus te-

Ed. Chart. X. [668.]

ὀμφακίνου ἢ μυρσίνου ἢ σχινίνου ἐπίχριε. ἄλλο. λάδανον ἀποβρέξας σὺν οἴνῳ Ἀμιναίῳ καὶ μυρσινελαίῳ, λειώσας ἄμφω, ποίει πάχος μέλιτος καὶ ἐπίχριε τὴν κεφαλὴν ἐν βαλανείῳ. βέλτιόν ἐστι καὶ τὸ ἀδίαντον, ὅ τινες καλοῦσι πολύτριχον, τὸ ἕβδομον μέρος λαδάνῳ ἐπίβαλλε καὶ χρῖε.

[Πρὸς ὀδύνας νεφρῶν.] Γλήχωνι συνεψείσθωσαν πίτυρα ἐξ ἀλεύρων καὶ σακκελίσας τὸν ζωμὸν καὶ σπόγγῳ τοῦτο βρέξας, πυριαζέσθω οὕτως.

rito ex immaturo oleo vel myrtino vel lentiscino et illine. *Aliud.* Ladanum madefactum in vino Aminaeo et oleo myrtino terito ambo ad mellis ſpiſſitudinem, et in balneo caput illinito; melius autem eſt adiantum, quod nonnulli polytrichum vocant, ſi ſeptimam partem ladano indideris et inunxeris.

[*Ad dolorem renum.*] Pulegium cum farinae furfuribus decoquito et in jus collatum demiſſa ac imbuta ſpongia ſoveto.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡΑ ΤΗΝ ΛΕΞΙΝ ΣΟΦΙΣΜΑΤΩΝ.

Ed. Chart. II. [73.] Ed. Baſ. IV. (32.)

[73] (32) Κεφ. α'. [*Παρὰ τρόπους ἓξ τὸν ἀριθμὸν γίνεσθαι τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα, τῇ τοῦ Ἀριστοτέλους ἀξιοπιστίᾳ.*] Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος διδάσκων ἡμᾶς ἐν τῷ περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων συγγράμματι παρ' ὅσους τρόπους γίνεται τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα, τρόπους μὲν ἓξ τὸν ἀριθμὸν εἶναί φησι, ἐκτίθεται δὲ αὐτοὺς οὕτως. παρ' ὁμωνυμίαν, ἀμφιβολίαν, προσῳδίαν, σύνθεσιν, διαίρεσιν,

GALENI DE SOPHISMATIS SEU CAPTIONIBUS PENES DICTIONEM.

Cap. I. [*Sex modis ſophismata in dictione contingere, Ariſtotelis auctoritate.*] Ariſtoteles philoſophus docens nos in libro de ſophiſticis elenchis (*captioſis argumentis*) quot modis in dictione ſophismata ſeu captiones contingant, modos ſex quidem numero eſſe aſſerit, eosque ita exponit: in aequivocatione, in ambiguitate, in accentu, in compoſitione, in diviſione, in dictionis ſigura. So-

σχῆμα λέξεως. καλεῖ δὲ παρ' ὁμωνυμίαν μὲν ὅταν διὰ τῶν ὀνομάτων ἐν τῷ λόγῳ πλείω σημαίνηται, καθάπερ ἐν τῷ κύνα τεθήρακα· πλείω γὰρ οὗτος ὁ λόγος σημαίνει διὰ τοὔνομα τὸν κύνα. παρ' ἀμφιβολίαν δὲ, ὅταν παρ' αὐτὸν τὸν λόγον ἐν αὐτῷ τὸ διττὸν ᾖ. καθάπερ ἔχει τὸ, γένοιτο καταλαβεῖν τόνδ' ἐμὲ, ἐνταῦθα τῶν μὲν ὀνομάτων οὐδὲν διττὸν, αὐτὸς δὲ ὁ λόγος ἐφ' ἑαυτοῦ σημαίνει τὸ, ἑλεῖν τε καὶ ἀναιρεθῆναι. παρὰ δὲ τὴν προσῳδίαν, ὅταν διττὸν γίγνηται. καθάπερ ἐν τῷ [74] Ορος ἕστηκε. τὸ γὰρ διπλοῦν, παρὰ τὴν διττὴν προσῳδίαν τιθεμένην κατ' ἀρχὰς, ἢ περιαιρουμένην· παρὰ δὲ τὴν σύνθεσιν καὶ διαίρεσιν, ὅταν αὐτὴ ποιῇ τοῦ σημαινομένου τὴν διαφορὰν, ὥσπερ

Πεντήκοντ' ἀνδρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος Ἀχιλλεύς.

ἡ γὰρ διαφορὰ τοῦ ἀνδρῶν, τοῦ ἢ συντιθεμένου, ἢ διαιρουμένου ἀπὸ τῶν ν' ἐστί. παρὰ δὲ τὸ σχῆμα τῆς λέξεως, ὁπόταν ἕτερον τῷ ὄντι σημαίνῃ, ἕτερον δὲ διὰ τὸ εἶδος καὶ τὸ σχῆμα. δοκεῖ δὲ οἷον τὸ ἀκούω. ἔστι μὲν τοῦ πάσχειν

phismata in aequivocatione vocat, ubi nomina in oratione pofita plura fignificant, ut canem venatus fum: plura enim haec oratio fignificat ob id vocabulum, canem. Sophismata vero in ambiguitate, quum orationi ipfi in fe duplex fenfus eft, ut haec fe habet, hunc licet capere me: hic nominum quidem nullum ambiguum, fed oratio ipfa per fe capere et capi fignificat. At in accentu, quum duplex contingit, ut hac in dictione, Ορος ἕστηκε, mons aut terminus ftabat; ipfum enim nomen duplex ob duplicem accentum, qui in principio ponitur aut tollitur. Sophisma autem in compofitione et divifione quum ipfae fignificationis differentiam faciunt, ut

Quinquaginta virum centenos liquit Achilles.

Differentia namque eft dictioni, virum, aut compofitae cum quinquaginta aut a quinquaginta divifae. Denique in dictionis figura quum aliud *dictio* vere fignificat, aliud vero propter fpeciem et figuram fignificare videtur, ut

δόξῃς ἂν τοῦ ποιεῖν, διὰ τὴν προφορὰν, ὅπερ ἐστὶ τὸ σχῆμα παραπλήσιον κρατεῖσθαι τοῖς τοῦ ποιεῖν, τοῦ τρέχω καὶ νοῶ. ἑλκύσει γὰρ ἂν ὁ σοφιστικὸς πρὸς ἑκάτερον. πρὸς μὲν τὸ πάσχειν ὅτι ἐστί. πρὸς δὲ τὸ ποιεῖν ὅτι φαίνεται. τούτους δ' ἐξηριθμημένους τοὺς τρόπους ἐφεξῆς δείκνυσιν, ὅτι μηδείς ἐστιν ὃν παραλέλοιπε, μηδὲ οἷόν τέ ἐστι τῶν παρὰ μὲν τὴν λέξιν τι σοφισμάτων, ἔξω πεσεῖν τῶν εἰρημένων. ὁ δὲ λόγος δι' οὗ ταῦτα δείκνυσιν ἐστιν οὗτος. τούτου δὲ πίστις ἥ τε διὰ τῆς ἐπαγωγῆς καὶ συλλογισμὸς, ἄν τε ληφθῇ τις ἕτερος καὶ ὅτι τοσαυταχῶς ἂν τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις, μὴ ταὐτὸν μέντοι δηλώσαιμεν. τὸ μὲν οὖν τῆς ἐπαγωγῆς γνώριμον. εἰ γὰρ καθ' ἕκαστον εἰπόντι καὶ λαβόντι τῶν παρὰ τὴν λέξιν σοφισμάτων φαίνοιτο μηδὲν πίπτειν ἔξω τῶν εἰρημένων τρόπων, δῆλον ἤδη ταύτῃ γε, ὅτι μηδεὶς παραλέλειπται τρόπος· τὸ δ' ἐφεξῆς παντάπασιν ἀσαφές ἐστι, τί ποτε βούλεται λέγειν ἐν τῷ καὶ συλλογισμός. ἄν τε ληφθῇ τις ἕτερος καὶ ὅτι τοσαυταχῶς ἂν τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις οὐ ταὐτὰ δηλώσαιμεν,

verbum audio: eſt quidem paſſionis cum actionis eſſe videatur, propter prolationem, id eſt figuram ſimilem iis quae verborum actionis ſunt, ut curro et intelligo. Trahet enim ad utramque partem ſophiſticus *homo*; ad paſſionem, quoniam *ita* eſt; ad actionem, quia ita videtur. His vero ſex enumeratis modis deinceps oſtendit nullum eſſe ab eo praetermiſſum, neque poſſe aliquod in verbo ſophisma extra *modos* propoſitos cadere. Verba vero, quibus id oſtendit, haec ſunt: Hujus rei fides eſt et ea, quae per inductionem fit et ſyllogismus et ſi alius aliquis ſumatur et quod tot modis, nominibus iisdem et orationibus non eandem rem ſignificamus. Ea igitur, quae de inductione loquitur, contextus pars manifeſta eſt: ſi enim ſingula in verbo ſophismata percurras ſumasque nec ullum horum appareat extra praedictos modos cadere, perſpicuum jam ita eſt, nullum praetermiſſum eſſe modum: quod vero ſequitur, omnino obſcurum eſt quid velit quum dicit et ſyllogismus et ſi alius aliquis ſumatur et quod tot

οὐδέ γε ὅπως ἂν ἕτερόν τινα λάβοιμεν συλλογισμὸν εἴρηται· τὸ δὲ καὶ ὅτι τοσαυταχῶς ἂν τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις οὐ ταὐτὰ δηλώσαιμεν, συλλογισμοῦ συμπεράσματι μᾶλλον ἔοικεν ἢ συλλογισμῷ. σύνηθες δὲ τὸ τοιοῦτο τάχος τῷ φιλοσόφῳ καὶ καθάπερ ἐπὶ σημείων ἐκφέρειν τὰ πολλὰ καὶ διὰ τὸ, πρὸς τοὺς ἀκηκοότας ἤδη γράφεσθαι. τῶν οὖν ἐξηγησαμένων αὐτὸν οἱ μὲν οὐδ' ἐπεχείρησαν ταῦτ' ἀκριβῶσαι τὸν προσήκοντα τρόπον· οἱ δ' οὐκ ἔτυχον. ἡμεῖς δὲ πειραθῶμεν οὐκ Ἀριστοτέλους ἕνεκεν, οὐδ' ὡς τῷ λόγῳ βοήθειάν τινα πορίζοντες, ἀλλ' ἡμῶν αὐτῶν. φιλοσόφου γὰρ οὐ μόνον τὰς προτάσεις λαβόντα συλλογίσασθαι, καθάπερ τοῖς πλείστοις εἴωθεν, ἀλλὰ καὶ τοῦ συμπεράσματος κειμένου τὰς προτάσεις κατασκευάσαι.

Κεφ. β΄. [*Παρὰ τὸ διττὸν πάντα τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα γίνεσθαι.*] Ἐπεὶ δὲ δεῖξαι πρόκειται τοσαυταχῶς γίνεσθαι τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα, ὁσαχῶς Ἀριστοτέλης ἔφη, τὰ παρὰ τὸ διττὸν, δῆλον ὡς δύο δεικτέον

modis, nominibus iisdem et orationibus non eandem rem fignificamus, fiquidem nec quonam modo alium aliquem fumamus fyllogismum dictum eft: id vero et quod tot modis, nominibus iisdem et orationibus non eandem rem fignificamus, fyllogismi conclufioni magis fimile eft quam fyllogismo: confueta vero eft haec huic philofopho dicendi brevitas et veluti per figna expromere multa, quia ad hos qui jam adiverant, fcribebantur. Qui igitur eum expofuerunt, alii haec accurate tractare, quod decebat ne tentarunt quidem: alii non confequuti funt: nos vero tentemus non Ariftotelis caufa, neque ut orationi ejus opem feramus, fed caufa noftra. Philofophi enim eft non folum affumptis propofitionibus ratiocinari, ut multorum mos eft, fed etiam conclufione pofita propofitiones ipfas conftruere.

Cap. II. [*Penes ipfum duplex omnia in dictione fophismata accidere.*] Quoniam vero monftrare propofitum eft, tot modis in verbo fophismata fieri, quae penes ipfum duplex funt, quot modis Ariftoteles dixit, patet duo

ἡμῖν, ἓν μὲν ὅτι πάντα τὰ παρὰ τὴν λέξιν παρὰ τὸ διττόν ἐστιν, ἕτερον δ' ὅτι παρὰ τὸ διττὸν τοσαῦτα. δῆλον δ' ἐκεῖνό γε πᾶσιν, ὅτι πάντα τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα παρὰ κακίαν αὐτῆς ἀνάγκη συμβαίνειν· ταύτης γὰρ ὥσπερ ἀρχῆς ἐχόμενοι ἐξαπατῶσιν οἱ σοφισταὶ τοὺς ἀπειροτέρους ἐν τούτοις καὶ μὴ συνορῶντας τὸ κίβδηλον. εἰ δὴ ὅσα βουλοίμεθα καλῶς λαβεῖν πόσα παρὰ τὴν λέξιν συμβαίνει σοφίσματα, ληπτέον πόσαι ποτ' εἰσὶν αἱ κακίαι ἐν αὐτῇ· ὃ ἂν συνοφθείης τῆς ἀρετῆς ληφθείσης, εἴπερ ἐστὶ μία εἴ τε πλείους ἁπασῶν· ἁμαρτία γὰρ τῆς ἀρετῆς ἔοικεν εἶναι [75] καὶ ταύτης ὀρθῶς ληφθείσης εὐθὺς κἀκείνην γνωρίζεσθαι. ἐπεὶ δὲ, καθάπερ ἐν ἑτέροις ἀποδέδεικται λόγοις, τὸ εὖ τε καὶ ἡ ἀρετὴ ἐν ἐκείνῳ πρὸς ὃ πέφυκεν, ἢ γέγονεν, ἀνθρώπου μὲν τὸ ζῆν, μαχαίρας δὲ τὸ τέμνειν, ληπτέον ἂν εἴη τὸ πρός τι πέφυκεν ἢ γέγονεν ἡ λέξις. φαίνεται δὲ πρὸς ἓν τὸ σημαίνειν· δῆλον οὖν ὅτι καὶ εὖ καὶ κακῶς ἐν τούτῳ· δῆλον δὲ ὅτι καὶ μόνη τῶν ἀρετῶν αὕτη καθ' αὑτὴν τῆς λέξεως, αἱ δ' ἄλλαι κατὰ συμβεβηκὸς καὶ ἔξωθεν καὶ οὐ

haec a nobis demonſtranda eſſe, alterum, omnia in verbo ſophismata penes ipſum duplex eſſe, alterum tot eſſe numero penes ipſum duplex. Perſpicuumque illud omnibus eſt, omnia in verbo ſophismata ex vitio hujus contingere neceſſe eſſe: hoc enim tanquam principium ſequentes ſophiſtae decipiunt in ea re minus verſatos et qui captionis fraudem non animadvertunt. Si vero recte volumus quot in verbo ſophismata contingunt accipere, quot vitia ſunt, ſumendum eſt: quod cognoveris, ſi virtutem ſumas unicam eſſe aut plures: error enim a virtute eſſe vitium videtur: qua recte cognita ſtatim hoc quoque cognoscitur. Quoniam vero, ut alibi demonſtratum eſt, ipſum bonum virtusque in eo eſt, ad quod nata aut facta res eſt, ut hominis in vivendo, gladii in ſcindendo, idcirco ad quod nata aut facta eſt dictio ſumendum eſt: manifeſtum vero eſt ad unum hoc, ut ſignificet. Patet igitur, in hoc et bonum et vitium eſſe; patet quoque ſolam e virtutibus hanc in dictione eſſe per ſe: reli-

τοῦ πράγματος, οἷον εὐαρμοστία καὶ εὐγραμματία. τοῦτο γὰρ εἰ καὶ φαίνεταί τισιν εὖ, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸ πρᾶγμα· ἀλλ' ὥσπερ εἰ ξίφος ἐλεφαντόκωπον εἴη, ἢ ὀφθαλμὸς ὑπογεγραμμένος· καὶ γὰρ τούτοις ταῦτα ἔξωθεν, τὰ δὲ καθ' αὑτὰ, ἐν τῷ τέμνειν τε καὶ ὁρᾷν καὶ τὴν ἀρετὴν ἑκάστου τυγχάνειν, εἴθ' ὡς λέγεται καθ' ἣν ἕδραν ἔχειν, πρὸς ὃ πέφυκεν, ἢ γέγονεν· δῆλον ὡς καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀρετῶν ἐντεῦθεν ἄν τις γνοίη ὁπόσος ἐστίν· εἰ μὲν γὰρ πρὸς πολλὰ, πλείους, εἰ δὲ πρὸς ἓν, μία. φαίνεταί γε μὴν ἡ λέξις πρὸς ἓν τὸ σημαίνειν· εἴπερ τὸ καλῶς πρὸς τοῦτο μὴ σημαίνειν ἢ μὴ εὖ σημαίνειν κακία ἔσται· καίτοι ἴσως δεῖται σκέψεως, εἰ θετέον εἶναι λέξιν ἔτι, τὴν μὴ σημαίνουσαν. οὐδὲ γὰρ αὐλητὴς ὁ μὴ πεφυκὼς αὐλεῖν ὅλως· οὐκοῦν οὐδὲ κακὸς αὐλητής· οὐδὲ λέξεως ἄρα κακία τὸ μὴ σημαίνειν· τοῦτο δὲ εὐθὺς καὶ σημεῖον τοῦ μόνην τὴν ὑφ' ἡμῶν δὲ λεγομένην ἀρετὴν εἶναι τῆς λέξεως καθ' αὑτήν· ἐν ᾧ γὰρ ἑκάστου τὸ εἶναι, ἐν τούτῳ καὶ ἡ ἀρετή· ἡ δὲ λέξις ἐν τῷ

quas vero per accidens extrinfecusque effe, nec rei ipfius, ut concinnitas et apta literarum formatio; haec enim et fi quibusdam fe bona oftendant, non tamen fecundum rem fe habent: fed perinde ac fi enfis manubrio eburneo fit aut fucatus oculus: haec etenim his extrinfeca funt: quae vero funt per fe, ea in fcindendo et in cernendo funt. Si igitur uniuscujusque rei virtus eft, five ut dicitur in eo pofita eft, ad quod nata res aut facta eft, patet quod et virtutum numerum hinc quis noverit quantus fit; fi enim ad multa res genita fit, plures illae funt: fi ad unum, una virtus eft. Apparet fane dictio ad unum nata, hoc eft ad fignificandum. Si igitur bonum ipfum in hoc pofitum eft, hoc ipfum non fignificare aut non recte fignificare, vitium erit: nam confiderandum videtur, an, quae non fignificat, ea dictio ftatuenda fit: non enim tibicen is eft, qui tibia natura non aptus eft ullo modo canere, nec malus igitur tibicen eft: fic nec dictio eft, quae non eft ad fignificandum apta: quare nec vitium dictionis erit non fignificatio. Hoc vero protinus fignum, folam eam

σημαίνειν· τούτου γέ τοι διαφθαρέντος, οὐδὲ λέξις, οὐκοῦν ἐν τούτῳ καὶ ἡ ἀρετή, διὸ καὶ μόνη συναποβάλλεται· αἱ δ' ἄλλαι, διὰ τὸ μὴ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα εἶναι, οὐδὲν κωλύονται καὶ περὶ τὴν μὴ σημαίνουσαν ὑπάρχειν, οἷον ἡ εὐαρμοστία καὶ ἡ εὐγραμματία. κρείττω γοῦν διὰ ταῦτα καὶ τῶν βαρβαρικῶν διαλέκτων ἑτέραν ἑτέρας φαμέν, οἷον τὴν Περσίδα τῆς Αἰθιοπικῆς, καίτοι μὴ σημαίνουσαν ἡμῖν· τὸ δ' αἴτιον, ὅτι φωνὴ μᾶλλόν ἐστιν ἢ λέξις. ἀλλ' εἴ τῳ καὶ δοκεῖ τοῦτο κακία τὸ μὴ σημαίνειν καὶ πλανᾶταί τις διὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ καλεῖσθαι ἀλλ' ἐκεῖνο δὲ δῆλον, ὡς οὐδ' ἂν διὰ ταύτην κακίαν σόφισμα συμβαίνοι. τίς γὰρ ἂν ὁμολογήσειεν, ἢ συνθείη τις πρὸς ἄσημον καὶ ἀσαφῆ λέξιν. λείπεται δὴ διὰ τὸ μὴ εὖ σημαίνειν· τοῦτο δέ, ὅτι διττόν. ἐν τούτῳ γὰρ ὑπάρχει μόνῃ τῇ λέξει, σημαίνειν μέν τι, μὴ εὖ δὲ σημαίνειν. τὸ γὰρ κύων ὄνομα σημαίνει μέν τι, οὔπω δὲ τόδε τι, οὐδὲ ἀφωρισμένον ὅπερ ἦν (33) τὸ εὔληπτον·

quae nunc a nobis dicta eſt, virtutem eſſe dictionis per ſe: in quo enim unaquaeque res eſſe habet, in hoc ipſa virtus eſt: dictio autem habet in ſignificando eſſe, eoque corrupto, neque dictio eſt: igitur in hoc ipſo virtus eſt. Quare haec una cum ſignificatione deperditur, reliquae vero, propterea quod non ſecundum rem ipſam ſunt, non impediuntur circa hanc eſſe, quae non ſignificat, ut concinnitas et apta ſcriptura. Has ob res, quae linguae barbarae ſunt, earum alteram meliorem altera dicimus, ut Perſicam Aethiopica, quanquam nihil nobis ſignificantem: cauſa vero eſt, quia potius vox eſt quam dictio; ſed etſi vitium videatur, non ſignificatio, cum propter ſimilitudinem nominis decipiantur, patet non propter hoc vitium ſophisma contingere. Quis enim eſt, qui conſentiat aut quis eſt, qui proponat dictionem ſignificatione privatam et ignotam? Reſtat igitur, ut propterea contingat ſophisma, quia non recta ſignificatio ſit: haec vero talis eſt, quia duplex; in hoc enim ſolo dictio habet quidem quod ſignificet, verum non recte: canis enim nomen aliquid ſignificat, non tamen hoc aliquid, neque definitum quid-

κἀκεῖνο δὲ λέγεται καλῶς ὑπὸ Πλάτωνος, ὅτι πάντα ὅσα φθαρτὰ τῇ σφετέρᾳ κακίᾳ, φθείρει δὲ καὶ τούτων τὴν λέξιν. ἄγει γὰρ πρότερόν τινα εἰς ἀσάφειαν, ἀλλ' οὐχὶ ἁπλῶς ὥσπερ τὰ μηδὲν σημαίνοντα· ἡ δ' ἀσάφεια καὶ πρόσθεν ἐλέγετο διαφθορά τις εἶναι παντελὴς τῆς λέξεως· ὥσπερ πᾶν καὶ διὰ τοῦτο, μόνη κακία τὸ διττὸν, χωρὶς εἰ μή τις οἴεται κἀκεῖνα κακίας, οἷον ἔνδειαν, ἢ μακρολογίαν, ἢ περιττολογίαν· λανθάνειν τοῦτον νομίζω, ἀπατώμενον καὶ μὴ συνιέντα τούτων οὐδὲν ἁπλῶς κακὸν τῆς λέξεως, εἰ μὴ τὴν ἀσάφειαν, ἢ τὸ διττὸν ἐργάζοιτο· εἰ δὲ μόνη κακία λέξεως αὕτη καὶ καλῶς τὰ πρόσθεν εἴρηται. πάντα δὲ τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα παρὰ τὴν κακίαν ταύτην γίγνεται· πάντα τὰ παρὰ τὴν λέξιν ἔσται παρὰ τὸ διττόν.

[76] Κεφ. γ'. [Τὸ παρὰ τὸ διττὸν παρ' ἓξ τρόπους παρὰ τὴν λέξιν γενέσθαι. ὅ τι ποτέ ἐστι λόγος.] Δεικτέον δὲ τὸ μετὰ τοῦτ' ἂν εἴη, διὰ τί τὸ παρὰ τὸ διττὸν τοσαυταχῶς, ὁσαχῶς Ἀριστοτέλης φησὶ, συνίσταται· εἰ δὲ καὶ

quam, quod erat recte fignificare. Illud vero recte a Platone dicitur, quaecunque proprio vitio corrupta funt, horum omnium dictionem corrumpit: ducit enim in obfcuram fignificationem quodam modo, fed non fimpliciter, ut ea quae nihil fignificant: obfcura vero fignificatio prius dicta eft perfecta effe dictionis corruptio: quapropter folum vitium eft ipfum duplex: nifi quis ea quoque vitia putet, defectum, longitudinem, fuperfluitatem dicendi: latere autem hunc arbitror deceptum et ignarum, nullum horum effe fimpliciter dictionis vitium, nifi obfcuritatem aut duplicitatem efficiat: fi vero folum hoc dictionis vitium eft et recte fupra dictum eft omnia, quae in verbo fophismata funt, ex ejus vitio fieri, propter ipfum duplex erunt omnia, quae in verbo fophismata contingunt.

Cap. III. [*Ipfum duplex fex tantum modis in dictione fieri. Quid fit oratio.*] Poft vero demonftrandum eft, propter quid tot modis ipfum duplex accidat, quot Ariftoteles fcribit: id vero fi recte inveniri debet, fumen-

τοῦτο μέλλει καλῶς εὑρεθήσεσθαι, ληπτέον πρότερον, ὅ τί ποτέ ἐστι λόγος τε καὶ ἐκ λόγων· λόγοι γὰρ καὶ αἱ προτάσεις· τούτων τινὶ ἢ τισι διττὸν ζητοῦμεν· ἔσται δὴ λόγος, ὡς πρὸς τὸ παρὸν ἀποχρώντως εἰπεῖν, σύνθεσις ὀνομάτων· καλῶ δὲ ὀνόματα κἂν καὶ τὰ ῥήματα καὶ ὅλως τι σημαίνει διὰ τὸ γνωριμώτερα· ἀνάγκη τὸ διττὸν, ἢ ἔν τινι τούτων εἶναι τῶν ὀνομάτων, ἢ ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ· τρίτον γὰρ οὐδὲν ἔχομεν ὅπως συσταίη· ὁπόταν ὥσπερ οὐδ' ἄν τις ἔχοι παρ' ἕκαστα τῶν λίθων, ἢ τὸ συγκείμενον· καὶ τοῦτο, ἢ ἐνεργείᾳ, ἢ δυνάμει, ἢ φαντασίᾳ. παρὰ ταῦτα γὰρ οὐδὲν ἕτερόν τις εὕροι ὑπάρχον, ἢ λεγόμενον, καθάπερ ἐν ἄλλοις ἀποδέδεικται· πάντα δὲ ταῦτα συλλαβόντες ἔχουσιν οἱ εἰρημένοι τρόποι· ἐνεργείᾳ μὲν γὰρ τὸ διττὸν ἔχουσι παρά τε τὴν ὁμωνυμίαν καὶ τὴν ἀμφιβολίαν καὶ ἐν ὀνόματι μὲν ὁ παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν, ἐν λόγῳ δὲ ὁ παρὰ τὴν ἀμφιβολίαν· ἐνεργείᾳ δὲ, ὅτι τῷ ὄντι δύο σημαίνουσι· δυνάμει δ' ὁπότε τῇ προσῳδίᾳ γίγνονται διττοὶ καὶ παρὰ τὴν σύνθεσιν καὶ διαι-

dum prius eſt, quid ſit oratio et ex orationibus orationem eſſe, etenim et ipſae propoſitiones orationes ſunt: harum alicui aut aliquibus quaerimus ipſum duplex. Oratio ſane erit, quod in praeſenti dicere ſat eſt, nominum compoſitio: voco vero nomina, etſi verba ſint ſignificentque omnino aliquid, propterea, quod ſic notius vocabulum eſt; neceſſe eſt ipſum duplex aut in aliquo horum nominum eſſe, aut in oratione ipſa: nullum enim habemus tertium quomodo conſtituatur: quemadmodum neque in lapidibus praeter aut ſingulos ſeorſum aut illorum ſimul compoſitionem, eamque aut actu aut potentia aut apparentia nihil aliquis excogitare poteſt: praeter haec enim nihil eſt, quod eſſe aut dici quiſpiam inveniat, ut alibi demonſtratum eſt. Omnia vero haec comprehendentes modi praedicti habent. Ipſum enim actu duplex modus habet, et qui ſecundum aequivocationem eſt et qui ſecundum ambiguitatem: ſed in nomine duplicitatem is habet qui ſecundum aequivocationem eſt, in oratione qui ſecundum

ρεσιν· οὗτοι γὰρ οὐ σημαίνουσι πλείω, ἀλλὰ πάντως ἕν. διά τε τὸ ἑκάτερον ἐνδέχεσθαι διττοὶ λέγονται· διὸ καὶ δυνάμει φαμὲν αὐτοὺς, τοιοῦτο γὰρ τὸ δυνάμει οἷον τοῦτο αὖ πάλιν, ὥσπερ καὶ πρόσθεν διήρητο, ἢ ἐν ὀνόμασιν, ἢ ἐν λόγῳ· ἐν μὲν οὖν ὀνόμασιν ἡ προσῳδία ποιεῖ τὸ διττόν· αὕτη γὰρ ἐφ' ἑκάτερον ἕλκει τοὔνομα, ὥσπερ ἐν τῷ Ορος ἕστηκεν, ἡ δασεῖα κατ' ἀρχὰς τεθεῖσα, ἢ μή· ἐν δὲ λόγῳ, διότι σύνθεσις καὶ διαίρεσις διττὸν ποιεῖ, δύναται δὲ κἀν τοῖς συνθέτοις τῶν ὀνομάτων αὕτη, διὰ τὸ προσεοικέναι λόγῳ, καθάπερ ἐν τῷ Νεάπολις καὶ καλὸς κἀγαθός· μεταβάλλοι δ' ἀντὶ τῶν ἁπλῶν· ἀλλ' οὐκ εἰς ἕτερον ὄνομα. τοῦτο γὰρ ἡ προσῳδία μόνη ποιεῖ· ἀλλ' εἰς λόγον, ὥσπερ τὸ αὐλητρὶς δηλονότι, καὶ τὸν λόγον συνθείη πότ' ἂν εἰς ὄνομα, ὥσπερ τὸ προκείμενον· δόξει δ' οὐδὲν ἧττον ἄτοπον ἴσως τὸ φάσκειν, διὰ τὴν προσῳδίαν τε καὶ τὴν σύνθεσιν συμβαίνειν τὰ σοφίσματα· εἴπερ ταῦτα μὲν διὰ τὸ διττὸν, κα-

ambiguitatem: actu vero eſſe dicuntur, quoniam revera res duas ſignificant. Potentia vero, dum accentu duplices fiunt, compoſitioneque et diviſione; hi enim non plura ſignificant, ſed prorſus unum: propterea vero quod ad utrumque verti licet duplices dicuntur: quare hos potentia dicimus: tale enim eſt hoc ipſum potentia eſſe. Id ipſum vero rurſus, ut ſupra quoque diviſum eſt, vel in nominibus vel in oratione eſt: in nominibus accentus duplicitatem efficit: trahit enim ad utramque partem nomen accentus, ut in oratione, hoc *Ορος ἕστηκεν*, hoc eſt mons *vel* terminus ſtabat, accentus aſpiratus facit, in principio cum aut ponitur aut abeſt. In oratione vero compoſitio et diviſio duplicitatem facit: in compoſitis quoque nominibus eandem facere poteſt, quia orationi ſimilia ſunt, ut in nomine Neapolis et *καλὸς κἀγαθὸς*, id eſt probus, mutaret ea quis loco ſimplicium non in nomen, hoc enim ſolus accentus facit, ſed in orationem ut in hac voce *αὐλητρὶς* videlicet, id eſt tibicina, ſicut rurſus et ipſam orationem in nomen componeret, ut eſt in propoſito nomine; videbitur autem nihilominus abſurdum fortaſſis id,

θάπερ ἐλέγετο πρόσθεν· εἰ δὲ προσῳδία τε καὶ τὰ ὁμογενῆ καὶ τῶν δυνάμει διττῶν ἐξαιρεῖ τὸ διττὸν, ποιεῖ γὰρ ἤδη ταῦτα, θάτερον σημαίνειν καὶ λέγεται ἀληθῶς συμβαίνειν οὐδὲν ἧττον τὰ σοφίσματα διὰ ταῦτα· τῷ γὰρ τὸν λόγον ἐπιδέχεσθαι διὰ τούτων τὸ διττὸν, λαβόντες θάτερον κατ' ἀρχὰς οἱ σοφισταὶ, θάτερον συνάγουσι, μεταβάλλοντες μὲν διὰ τούτων τὸν λόγον, πάντως γὰρ οὐκ ἂν ἄλλως τὸ σόφισμα συμβαίη, συλλογιζόμενοι δὲ ὡς ταὐτὸ λαμβάνοντες, ὥσπερ ἕν τι λογικὸν ὄνομα καὶ ἴδιον ἀνθρώπου, τὸ λογικὸν ἄρα ἓν ἴδιον ἀνθρώπου· καὶ εἰ ὅρος ἐνταῦθα εἱστήκει ὁ τὸ χωρίον, ὄρος δ' ἐνταῦθα οὐχ [77] ἕστηκε καὶ λάθοι μὲν οὐδέια τὸ κίβδηλον· αὐτὰρ οὐκ ὀκνοῦσιν οἱ σοφισταὶ πανταχῆ σμικρὸν φροντίζειν τοῦ εὐλόγου· ἐπεὶ κἀν τοῖς ἐνεργείᾳ διττοῖς οὗτοί γε ταὐτὸν τοῦτο ποιοῦσι. λαβόντες γὰρ ἕτερον συλλογίζονται· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἀφανέστερον ὅτι καὶ ὁτιοῦν σημαίνῃ ἂν ὁ λόγος, ὁμολογηθείη· ἐνταῦθα δὲ προδήλως,

quod propter accentum compofitionemque et divifionem fophismata contingere dicamus: fiquidem haec propter ipfum duplex, ut fupra dictum eft, contingunt: accentus vero et quae ejus generis funt ipfum duplex iis quae facultate duplicia funt eripiunt: etenim ut haec alterum fignificent efficiunt: fed tamen nihilominus vere dicuntur propter haec fophismata contingere: quia enim oratio per eadem haec ipfum duplex accipit, alterum in principio fophiftae fumunt, alterum concludunt, orationem per ea ipfa mutantes, prorfus enim non aliter fophisma contingeret, ratiocinantes vero tanquam idem accipientes: quale eft unum quid rationale nomen eft: proprium hominis eft ipfum rationale: igitur unum proprium hominis eft. Praeterea fi *ὅρος*, hoc eft terminus, hic ftabat is qui agros feparat, *ὄρος* autem, hoc eft mons, hic non ftabat: fed neminem lateret id quod fic adulterinum eft: verum ut ubique etiam ad minimum apta oratio fit fophiftae ftudent: nam et in iis, quae actu duplicia funt, hi illud idem faciunt, ut aliud fumentes aliud concludentes ratio-

διὸ καὶ αὐτοῦ τοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις Ἀριστοτέλης ἔφη· οἱ μὲν γὰρ κἀκεῖ εἰσιν οἱ τὸ εἶδος σοφισταὶ βιαζόμενοι· ἐπεὶ δὲ ἔχομεν τὸ ἐνεργείᾳ τε καὶ δυνάμει, λείπεται φαντασίᾳ· τοῦτο δέ ἐστι τὸ παρὰ τὸ σχῆμα τῆς λέξεως, καθάπερ ἐλέγετο ἔμπροσθεν· φαίνεται γὰρ καὶ τὸ ὄνομα διττὸν οὐχ οὕτως ἔχον καὶ ὁ λόγος ὁμοίως καὶ οὐ τοσοῦτον καθ' ἕκαστον τῶν προειρημένων· τὰ παραδείγματα λάβοι τὶς ἂν ἔκ τε τῶν καὶ Εὐδήμου κἀξ ἄλλων· ἐπεὶ δ' οὖν ἔχομεν πάντας κατειλεγμένους τοὺς τρόπους, ἂν γένοιτό τι διττὸν, ἔχομεν πάντα τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα. ταῦτα γὰρ οὖν ἐστι, ἢ παρὰ τὸ διττόν· ἐχόμενον δὲ καὶ τὸ τοσαυταχῶς αὐτοῖς τοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις οὐ ταὐτὸν δηλώσαιμεν, ὅτι ἢ ἐνεργείᾳ, ἢ δυνάμει, ἢ φαντασίᾳ. δῆλον δ' ὅτι καὶ συλλογισμοῦ τρόπον, ὁποῖόν τις ἂν προέλοιτο, δυνατὸν ποιεῖν, ἅπαξ γε τὴν διαίρεσιν ἔχοντα καὶ ἐξ εὐθείας καὶ εἰς τὸ ἀδύνατον ἀπάγοντα. εἰ γὰρ τὸ δυνατὸν, ἀλλ' ἔσται οὔτ' ἐν ὀνόματι

cinentur: fed ibi obfcurius, quoniam quicquid fignificet fermo, ipfe fibi confentiat: hic vero manifefte: quare fuis nominibus et orationibus Ariftoteles dixit: Etenim ii fophiftae funt, qui fpeciem violant. Cum jam habeamus id ipfum, quod actu dicitur, itemque quod potentia, quod reliquum eft, ad apparentiam attinet: quae fecundum figuram dictionis eft, ut eft fupra dictum: oftenditur enim ipfum nomen, fimiliterque oratio, non aliud duplex adeo habere, nec in fingulis, quae praedicta funt; adeo quis exempla ex Eudemo ex aliisve caperet. Cum igitur jam collectos modos omnes habeamus, quibus duplex ipfum fieri poffit, habemus omnia in dictione contingentia fophismata: haec enim penes ipfum duplex funt: fequitur vero id, quod tot modis nominibus ipfis et orationibus non eandem rem fignificamus: nam aut actu aut potentia aut apparentia id facimus: manifeftum vero eft et fyllogismi modum, modo habita divifio fit, fieri poffe, utrumvis quis eligat aut e directo aut ad impoffibile ducentem: fi enim poffibile eft alium haberi modum, is erit ne-

οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐνεργείᾳ, οὔτε δυνάμει, οὔτε φαντασίᾳ· παρὰ ταῦτα δ' οὐδὲν ὁ λόγος ἐδείκνυ· κατ' αὐτὸ μὲν ἀφωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον· ὅτι δ' οὐ κατ' αὐτὸν τὴν διαίρεσιν εἰρήκαμεν, οὐ γὰρ Ἀριστοτέλει χαριζόμεθα νῦν. ἀλλὰ ταῦτα ἅπαντα κατὰ τὴν μέθοδον γέγραπται, δῆλον· τὸ μὲν γὰρ ἢ ἐν ὀνόματι δεῖν, ἢ ἐν λόγῳ τὸ διττὸν εἶναι σαφῶς αὐτὸς εἴρηκεν ἐν οἷς φησιν ὅτι τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις τὸ ἐνεργείᾳ, ἢ δυνάμει, ἢ φαντασίᾳ γνώριμον ἐκ τῆς τάξεως· γέγραπται γοῦν ἀφωρισμένα καθ' ἕκαστον εἶδος ἢ γένος τὰ ὁμογενῆ, καὶ πρῶτα μὲν τὰ ἐνεργείᾳ, δεύτερον δὲ τὰ δυνάμει, τρίτον δὲ τὰ φαντασίᾳ, καθάπερ δίκαιον, ἢ διὰ τί ποτ' οὐ συγκέχυται ταῦτα· ἀλλ' ὡς γελοῖον ἴσως καὶ τὸ τῶν τοιούτων ἑτέραν πίστιν πειρᾶσθαι φέρειν, μὴ τὴν ἐκ τοῦ πράγματος· εἰ γὰρ οὕτως ἔχει καθάπερ ἡ τέχνη φησὶ δηλονότι καὶ γέγονε κατ' αὐτὴν, ὥσπερ ἡ ἰατρικὴ, τομὴν τινα οὐκ ἂν τύχῃ οὐδὲ ταὐτόματα ἐργάσαιτο· ταῦτα μὲν οὖν ὑπὲρ τούτων ἱκανὰ πρὸς τὸ παρόν ἐστιν.

que in nomine neque in oratione neque actu neque potentia neque apparentia: praeter haec autem nihil fermo oftendit: fecundum igitur ipfum definitum fit in hunc modum: quod vero non ex ejus divifione invenimus, non enim Ariftotelis gratia nunc fcribimus, fed omnia haec methodo fcripta funt, perfpicuum eft: nam aut in nomine aut in oratione ipfum duplex effe oportere aperte ipfe dixit, cum dixit, quod ipfis nominibus et orationibus: ipfum vero actu effe aut potentia aut apparentia notum ex ipfo ordine eft: fcripta igitur feparatim funt in fingulis generibus, quae ejusdem funt generis, primaque quae ad actum attinet: fecunda quae ad potentiam: tertio loco quae ad apparentiam, ut decuit: aut cur haec non fuere confufa? fed fortaffe ridiculum eft his fidem aliam afferre conari, quam eam quae a re deducitur: etenim fi fic fe habent, ut Ars, qualis Medicina eft, artisque funt, divifionem ullam fortuito aut cafu factam non reciperent. Sed de his fatis haec in praefenti fint.

Κεφ. δ'. [Οἱ τῆς ἀμφιβολίας καὶ τῶν ἄλλων σοφισμάτων τρόποι.] Εἴρηται δέ τινα καὶ τοῖς Στωϊκοῖς περὶ τῶν τοῦ μέρους δικαίων ἐπελθοῦσιν ἰδεῖν, εἴ τις ἔξω πίπτει τρόπος εἶναι εἰρημένων. εἴη γὰρ ἐπαγωγή τις αὕτη πίστις καὶ δίκαιον ἄλλως, μηδεμίαν δόξαν ἀνδρῶν εὐδοκίμων πάρεργον τίθεσθαι· τὸν μὲν οὖν τῆς ἀμφιβολίας ὅρον, εἰ καὶ πρὸς πολλὰ τῶν ἡμετέρων μάχεσθαι δοκεῖ, τό γε νῦν ἐατέον, ἑτέρας γὰρ καὶ ὑπὲρ τούτων σκοπεῖν πραγματείας ἐστὶ, τὰς δὲ διαφορὰς τῶν λεγομένων ἀμφιβολιῶν αὐτὰς ληπτέον· εἰσί γε πρὸς τῶν χαριεστέρων λεγομένων τὸν ἀριθμὸν η'. μία μὲν, ἣν κοινὴν ὀνομάζουσι τοῦ τε εἰρημένου καὶ τοῦ διαιρετοῦ, οἷα ἐστὶν ἡ αὐλητρὶς παῖς οὖσα· κοινὴ γὰρ αὕτη τοῦ τε αὐλητρὶς ὀνόματος καὶ τοῦ εἰρημένου. δευτέρα δὲ, παρὰ τὴν ἐν τοῖς ἁπλῶς, οἷον ἀνδρεῖος, ἢ γὰρ χιτὼν, ἢ ἄνθρωπος. [78] τρίτη δὲ, παρὰ τὴν ἐν τοῖς συνθέτοις ὁμωνυμίαν, οἷον ἄνθρωπός ἐστιν, ἀμφίβολος γὰρ ὁ λόγος, εἴτε τὴν (34) οὐσίαν εἴτε τὴν πτῶσιν εἶναι σημαίνει.

Cap. IV. [*Ambiguitatis et reliquorum ſophismatum modi.*] Dictum quoque a ſtoicis aliquid eſt de partitionis dignitate, noſſe, ſi quis modus extra propoſitos cadat tentantibus: erit enim inductio fides haec. Et alias aequum eſt nullam probatorum virorum opinionem obiter ponere: ambiguitatis igitur definitionem, quanquam cum multis noſtris pugnare videtur, in praeſentia tamen praetermittemus: de his enim conſiderare alterius negotii eſt: quae vero ambiguitates dicuntur, harum differentiae ſumendae ſunt. Sunt quidem apud graviores viros numero octo. Una eſt, quam communem et ei quod dictum eſt et diviſibili nominant, qualis eſt, quae *αὐλητρὶς*, id eſt tibicina, puella exiſtens, communis enim haec et ipſius *αὐλητρὶς* nominis eſt atque ejus quod dictum eſt. Altera, quae in ſimplicibus eſt, ut virilis: aut enim tunica aut homo. Tertia vero ad ipſam in compoſitis aequivocationem attinet, ut homo eſt: ambiguus enim ſermo eſt, utrum ſubſtantiam an caſum eſſe ſignificat. Quarta ex defectu eſt, ut tui

τετάρτη δὲ ἡ παρὰ τὴν ἔλλειψιν, ὡς ὅ ἐστι σου· καὶ γὰρ ἐλλείπει τὸ διὰ μέσου, οἷον δεσπότου, ἢ πατρός. πέμπτη δὲ παρὰ τὸν πλεονασμόν, ὥσπερ ἡ τοιαύτη, ἀπηγόρευσεν αὐτῷ μὴ πλεῖν· τὸ γὰρ μὴ προσκείμενον ἀμφίδοξον ποιεῖ τὸ πᾶν εἴτε τὸ πλεῖν ἀπηγόρευσεν εἴτε τὸ μὴ πλεῖν. ἕκτην φασὶν εἶναι τὴν μηδὲν σαφοῦσαν τί μετὰ τίνος ἄσημον μόριον τέτακται, ὡς ἐν τῷ, καὶ νῦν καὶ μὴ παρήλασε. τὸ γὰρ στοιχεῖον ἂν μὴ γένοιτο διαζευκτικόν. ἑβδόμη δέ ἐστιν ἡ μὴ δηλοῦσα τί μετὰ τίνος τέτακται σημαντικὸν μόριον, ὡς ἐν τῷ

Πεντήκοντ' ἀνδρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος Ἀχιλλεύς.

ὀγδόη ἡ μὴ δηλοῦσα τί ἐπὶ τί ἀναφέρεται, ὡς ἐν τῷ, Δίων Θέων ἐστίν· ἄδηλον γάρ ἐστιν εἴτε ἐπὶ τὴν ἀμφοτέρων ὕπαρξιν ἀναφέρεται, εἴτε ἐπὶ τοιοῦτον, οἷον ὁ Δίων Θέων ἐστίν, ἢ πάλιν· οἱ μὲν δὴ τρόποι πρὸς τῶν χαριεστέρων οὗτοι κατηρίθμηνται. δῆλον δέ γε, ὅστις μὴ παρέργως τῶν ἔμπροσθεν ἤκουσεν, ὅτι πάντες πίπτουσιν εἰς τοὺς

eſt: deeſt enim quod ad medium locum attinet, ut domini aut patris. Quinta ex ſuperabundantia, quale eſt, ei ut non navigaret denegavit: adjecta enim ea negatio, non, ambiguam orationem facit, utrum navigare negavit an non navigare. Sextam eſſe dicunt eam, quae haud notum facit, quae cum qua ſignificatione carens pars ordinata ſit, ut illud eſt, et nunc et non appulit: pars enim ea non disjunctiva eſſe poteſt. Septima eſt, quae ignotum reliquit, quae cum qua ſignificativa pars conſtructa ſit, quale eſt:

Quinquaginta virum centenos liquit Achilles.

Octava eſt, quae non declarat quid ad quid referatur, quale eſt, Dion Theon eſt: incertum enim eſt, utrum ad utriusque exiſtentiam verbum, eſt, referatur, an ad id, ut Dion ſit Theon: aut contra. Hi ſunt a graviſſimis viris numerati modi. Quicunque vero non obiter, quae ſupra dicta ſunt audivit, manifeſtum eſt ei, eos omnes in hos cadere

κατειλεγμένους ὑφ' ἡμῶν τρόπους, τὸ δ' ἀμέθοδόν τε καὶ ἄτεχνον πρόδηλον· οὔτε γὰρ ἐκ τῶν εἰρημένων ἀπόδειξίν τις λάβοι τοῦ κατ' οὐδένα τρόπον ἕτερον ἀμφίβολόν τι δύνασθαι συστῆναι, τό τε κἂν τοῖς πεπλεγμένοις ὁμωνυμίαν φάσκειν συμβαίνειν, παντελῶς οὐδ' ἀκουόντων ἐστὶν ὀνομάτων· πῶς δὲ οὐκ ἔστι ταῖς γενικαῖς διαφοραῖς εἰδικὰς καταριθμεῖσθαι, καθάπερ ἐπὶ τῶν τὴν διαίρεσιν ποιουσῶν ἀσήμαντον μόριον σημαῖνον διαιρούμεναι. λάβοι γὰρ ἂν οὕτως πλείους τὰς εἰδικὰς διαφοράς· ἔτι δ' ἂν τοῦτον τὸν τρόπον τὰς καὶ τῆς ὁμωνυμίας τις ποιήσειε πλείους εἰδικὰς λεγομένας διαφορὰς, ὅτι αὐτὸς παρὰ τὸ ἀπὸ τύχης, αἱ δὲ παρὰ τὴν ἀναλογίαν, ἢ ὁμοιότητα, ἢ ἄλλον τινὰ τρόπον συνίστανται· καὶ μὴν καὶ τῆς ἐν λόγῳ ὁμωνυμίας ἀπ' αὐτῶν λεγομένης πλείους οἱ τρόποι, οἱ μὲν γὰρ τῇ παραθέσει τῶν ὁμοίων πτώσεων γίγνονται, ὡς ἐν τῷ, εἴη μέλλει τὸν Σωκράτην νικῆσαι· οἱ δ' ἄλλοι τρόποι· ταῦτα μὲν ἐλάττω, ἐκεῖνο δ' ἄξιον ἀπορίας, πῶς τὰ περὶ τὰς φαντασίας διττὰ, πολὺ δὲ μᾶλλον ἔτι, πῶς τὰ τῆς προσῳδίας· οἱ γὰρ τιθέμενοι διτ-

modos, qui a nobis numerati funt: carereque methodo et arte perfpicuum eft: neque enim ex iis, quae dicta funt, demonftrationem quis ceperit, nullum alium modum ambiguum conftitui poffe: in connexisque aequivocationem contingere dicere, hominis eft in nominis intelligentia parum verfati: non ineptum vero eft generalibus differentiis fpeciales enumerare, ut ea, quae ad divifionem attinet, per partem fignificatione carentem et per fignificantem dividatur: fic enim quis fpeciales differentias plures acciperet: quin etiam ad hunc modum quis aequivocationis differentias fpeciales dictas plures faceret: quia ille fecundum id, quod a fortuna: hae vero fecundum analogiam aut fimilitudinem, aut alium aliquem modum conftituantur: quin et aequivocationis ejus, quam ipfi in oratione dicunt plures modi cafibus fimilibus appofitis fiunt, quale illud eft, futurum eft Socratem vincere: caeteri vero modi minores funt. Id vero dubitatione dignum eft, quo modo quae ad apparentiam attinent duplicia funt: magisque

τοὺς τοὺς παρὰ τὴν θέσιν, πῶς οὐχὶ καὶ παρὰ τὴν προσῳδίαν; ὥσπερ γὰρ ἐκείνη τῇ διαλήψει τοῦ ὅλου καὶ τῇ μὲν σιωπῇ δύναται πρὸς τὸ διττὸν ἕλκεσθαι, οὕτω δὴ καὶ τὸ ὄνομα τῇ προσῳδίᾳ· καθάπερ ἔξωθεν ὢν ὁ κενὸς χρόνος τοῦ λόγου καὶ οὐ μόριον αὐτοῦ, διττὸν ποιεῖν αὐτὸν πέφυκεν, οὕτω δὴ καὶ ἡ προσῳδία· ἔτι δὲ καὶ οἱ σοφισταὶ καθάπερ ἐκείνῳ χρῶνται πρὸς τὰς ἔριδας καὶ τούτῳ· καὶ μὴν αὐτὸ ἄν τις ἐφ' ἑαυτοῦ σκοπούμενος, ὥσπερ ἂν παρὰ τὴν σύνθεσιν ἢ διαίρεσιν ἀμφισβητοῖεν, οὕτω δὴ καὶ παρὰ τὴν προσῳδίαν· δῆλον δὲ ἐπὶ τῶν γεγραμμένων λόγων, οἷς μὴ πρόσκειται τὰ διακρίνοντα σημεῖα, δεῖται γὰρ ὥσπερ ἐκείνων εἰς τὴν διάκρισιν, οὕτω καὶ τῆς προσῳδίας, οὐκ ἀεί γε μὴν καὶ δι' αὐτὴν γένοιτο διττὸς ὁ λόγος.

quo modo quae ad accentum: qui enim ſecundum compoſitionem duplex ponunt, quo modo non ſecundum accentum? ut illa per continuationem totius et per ſilentium ad ipſum duplex trahi poteſt, ſic ipſum nomen per accentum: quemadmodum orationis extrinſecum, inane tempus cum ſit, nec ejus pars, eam tamen facere duplicem poteſt, ſic accentus quoque: itemque ſophiſtae ut illo, ſic hoc ad contentiones utuntur: et quis ſecum cogitans, quemadmodum ſecundum compoſitionem et diviſionem contendunt, ſic ſecundum etiam accentum idem fieri poſſe cognoscet. Manifeſtum vero in ſcriptis orationibus eſt, cum non adjecta ſunt dividentia puncta: ut enim his egent ad diviſionem, ſic accentu quoque, non ſemper tamen etiam propter hunc duplex oratio fuerit.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΟΓΙ-ΝΩΣΚΕΙΝ ΠΡΟΣ ΕΠΙΓΕΝΗΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

Ed. Chart. VIII. [829.] Ed. Baf. III. (451.)

[829] *Κεφ. α'. Ὅσον μὲν ἐπὶ τοῖς πολλοῖς τῶν ἰατρῶν, ὦ Ἐπίγενες, ἀδύνατόν ἐστι προγινώσκειν τὰ τοῖς κάμνουσιν ἐσόμενα καθ' ἑκάστην νόσον. ἀφ' οὗ γὰρ οἱ τὸ δοκεῖν μᾶλλον ἢ εἶναι σπουδάσαντες οὐ κατὰ τὴν ἰατρικὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας τέχνας ἐπλεόνασαν, ἠμέληται μὲν τὰ κάλλιστα τῶν τεχνῶν, ἤσκηται δ' ἐξ ὧν*

GALENI DE PRAENOTIONE AD POSTHUMUM LIBER.

Cap. I. Ut ſane vulgus medicorum eſt, o Poſthume, nemo poteſt ea, quae aegris per ſingulos morbos eveniunt, praenoſcere. Ex quo enim ii, qui videri potius quam eſſe docti non in medica tantum, ſed etiam aliis artibus ſtuduerunt, numero vicere, optima quaeque artium neglecta ſunt: ea vero in uſu habita, unde aliquis ſermone

ἄν τις εὐδοκιμήσειεν παρὰ τοῖς πολλοῖς, εἰπεῖν τι καὶ πρᾶξαι πρὸς ἡδονὴν, κολακεύεσθαι, θωπευτικῶς προσαγορεύειν ἑκάστης ἡμέρας, τοὺς πλουτοῦντάς τε καὶ δυναμένους ἐν ταῖς πόλεσι συμπροέρχεσθαι, παραπέμπειν προσερχομένους οἴκαδε, δορυφορεῖν ἐν τοῖς δείπνοις, βωμολοχεύεσθαι. τινὲς δ' αὐτῶν οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν ἱματίων καὶ δακτυλίων πολυτελείᾳ καὶ τῷ πλήθει τῶν ἀκολουθούντων καὶ σκευῶν ἀργυρῶν παρασκευῇ τοὺς ἰδιώτας ἀναπείθουσιν, ὡς ἀξιοζήλωτοί τινες ὄντες. ἐκ τούτων οὖν ἁπάντων τὰ μὲν ἥδοντες, τὰ δ' ἐκπλήττοντες ἀνθρώπους ἀπείρους ἀληθινῆς κρίσεως πραγμάτων, ὡς μὲν οὗτοι νομίζουσιν, ἀγαθῶν πολλῶν τυγχάνουσιν, ὡς δ' ἐγὼ φαίην ἂν οὕτως ὄντων ἀγαθῶν ἄλλων, αὐτοὶ ψευδῆ ἐπειλήφασιν. ἅτε δ' ὄντες τοιοῦτοι, τἄλλα παρανομεῖν οὐκ ὀκνοῦσιν, ἐλαχίστῳ τε χρόνῳ τὰς τέχνας ἐπαγγελλόμενοι διδάσκειν ἀθροίζουσι πλῆθος μαθητῶν, ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ προσλαμβάνουσι τὸ δύνασθαι κατὰ τὰς πόλεις, ἐν αἷς διατρίβουσιν. αὕτη μὲν οὖν κοινὴ τῶν τεχνῶν ἁπασῶν δυστυχία κατείληφε τὸν νῦν βίον. ἡ δὲ τῆς

hominum celebretur; nempe apud vulgus dicere aliquid et facere ad gratiam: item adulari blande, opulentos ac potentes in civitatibus quotidie falutare et fimul cum eis incedere ac domum redeuntes deducere, in coenis latus eorum cingere et fcurriliter nugari. Quidam ipforum non haec modo, fed etiam veftium et annulorum fumptu, comitum multitudine et vaforum argenteorum apparatu idiotis perfuadent, magni fe pretii effe homines et imitatione dignos. Ex his igitur omnibus partim allicientes partim attonitos reddentes homines veri in rebus judicii imperitos, ut quidem hi exiftimant, multis bonis fruuntur: ut autem ego dixerim, quum vere bona non fint, ipfi falfo opinantur. Quum itaque tales exiftant, praeter alia contra leges facere non dubitant breviffimoque tempore artes fe docturos polliciti complures difcipulos comparant, a quibus etiam ipfi poteftatem in civitatibus, in quibus degunt, accipiunt. Haec igitur communis omnium artium infelicitas praefentem vitam occupavit. Medicinae autem

ἰατρικῆς ἐστι μὲν πολυειδὴς, ἀλλ' ἕν τι τῶν κατ' αὐτὴν ἔγνωκα προχειρίσασθαι τῶν ἐμοὶ μάλιστα διαφερόντων. ὅταν γάρ τις ἰατρὸς τῷ νόμῳ μεμαθηκότων αὐτὴν, ἢ παραφροσύνην ἐσομένην ἐπινοσοῦντος, ἢ ῥῖγος, ἢ καταφορὰν, ἢ αἱμοῤῥαγίας, ἢ παρωτίδας, ἢ ἀπόστασιν ἄλλην ἐς ὁτιοῦν μέρος, ἢ ἔμετον, ἢ ἱδρῶτας, ἢ κοιλίαν ταραχθησομένην, [830] ἢ συγκοπὴν, ἤ τι τῶν τοιούτων προείπῃ ἄλλο, ξένον τε καὶ τέρας τοῖς ἰδιώταις ὑπ' ἀηθείας φαίνεται καὶ τοσοῦτον ἀποδεῖ τοῦ θαυμάζεσθαι παρ' αὐτοῖς ὁ προειπὼν, ὥστε ἀγαπήσειεν ἂν, εἰ μὴ καὶ γόης τις εἶναι δόξειεν. ὀλίγοι δέ τινες αὐτῶν οὐκ ἀπογινώσκουσι μὲν, ὡς ἀδυνάτου τῆς τοιαύτης θεωρίας· ἐρωτῶσι δ' εὐθέως καὶ αὐτὸν τὸν προειπόντα καὶ τοὺς ἄλλους ἰατροὺς, εἰ καὶ τοῖς ἔμπροσθεν εὕρηταί τι τοιοῦτον, ἢ μόνον αὐτοῦ τοῦ προειπόντος ἐστὶν εὕρημα. τοὐντεῦθεν οὖν ἀναγκαῖον γίγνεται τοὺς μὲν ἰατροὺς ἀποκρυπτομένους σφετέραν ἀμαθείαν, ἴσως δέ τινας καὶ ὄντως ἀγνοοῦντας, οὐδενὶ φάναι τῶν ἔμπροσθεν οὐδὲν

varia quidem eſt, ſed unum aliquod ex iis, quae in illa accidunt, ſtatui promere, ut quod ad me potiſſimum pertineat. Quando enim medicus aliquis ex iis, qui legitime eam didicerunt, aut delirium futurum in aegrotante, aut rigorem, aut cataphoram, aut ſanguinis profluvium, aut parotidas, aut abſceſſum aliquem in quacunque parte, aut vomitum, aut ſudorem, aut alvi perturbationem, aut ſyncopen, aut aliud quid hujusmodi praedixerit, et peregrinum et monſtrum prae diſſuetudine idiotis apparet: ac tantum abeſt, ut qui praedixerit in admirationem apud illos veniat, ut bene actum ſecum putaverit, ſi non etiam praeſtigiator aliquis eſſe videatur. Pauci autem quidam ipſorum hujusmodi ſpeculationem non damnant quidem, ceu quae haberi nequeat: ſed interrogant ſtatim et ipſum, qui praedixit et alios medicos, num etiam tale quid a majoribus inventum ſit, an ſolum ipſius praedicentis ſit inventio? Hinc itaque neceſſarium eſt quosdam ſane medicos inſcitiam ſuam occultantes, forſan autem nonnul-

τοιοῦτο γεγράφθαι, γόητα δ' εἶναι τὸν ἐπιδεικνύμενον τοιαύτην πρόῤῥησιν. αὐτὸν δὲ τὸν προειπόντα, μήθ' ὅτι γέγραπται πολλοῖς τῶν ἔμπροσθεν καὶ μάλιστα τῷ Ἱπποκράτει, τῷ πάντων ἡμῖν τῶν καλῶν ἡγεμόνι, τολμᾷν εἰπεῖν αἰδοῖ τε ἅμα τῶν παρόντων ἰατρῶν καὶ μίσους ὑποψίᾳ, μήθ' ὡς αὐτὸς εὑρηκὼς εἴη, ψεύδεσθαι γὰρ οὕτως καὶ μᾶλλον μισηθήσεσθαι πρὸς αὐτῶν. ἄπορον δὴ πανταχόθεν ἐρώτημά τις ὑπεχόμενος, ὀκνῶν οἶμαι καὶ διαβουλευόμενος, αὐξάνει μὲν τὴν τῆς γοητείας ὑποψίαν αὐτῷ τῷ μέλλειν ἀεὶ, τελευταῖον δὲ φθόνον ἐπ' ἑαυτὸν ἤγειρεν, ὥστ' ἐπιβουλεύεσθαι πρὸς αὐτῶν. πρώτη μέντοι τῆς φαρμακείας ἐνέδρα· δευτέρα δὲ ἣ Κόϊντος ἑάλω, βελτίων μὲν ὢν ἰατρὸς τῶν καθ' ἑαυτὸν, ἐκβληθεὶς δὲ τῆς πόλεως, ὡς ἀναιρῶν τοὺς νοσοῦντας. ὥστε δυοῖν θάτερον ἀναγκαῖον γίνεται παθεῖν τὸν φιλοσόφως τὴν τέχνην μετιόντα καὶ τῶν Ἀσκληπιαδῶν ἀξίως ἢ παραπλησίως Κοΐντῳ φυγαδευθέντων, λαμπρὰ τῆς αἰσθήσεως τὰ ἐπίχειρα κομίσασθαι ἢ διαβαλλόμενόν γε φα-

los etiam vere ignorantes, dicere, a nullo majorum tale quid eſſe proditum: ſed praeſtigiatorem eſſe, qui hujusmodi praedictionem oſtendit. Ipſe vero praedicens neque quod a pluribus majoribus ſcriptum ſit et praeſertim ab Hippocrate, omnium nobis bonorum auctore et duce, audet fateri, metu ſimul praeſentium medicorum et odii ſuſpicione, neque quod ipſe invenerit: mentiretur enim ita et magis odio ab ipſis haberetur. Quaeſtionem itaque ſuſtinens, ad quam quid prorſus reſpondere debeat, ambigit, ſi detrectet et deliberandum cenſeat, meo judicio augebit ſane praeſtigii ſuſpicionem in futurum: poſtremo autem invidiam in ſe concitabit, ut inſidias ab iis experiatur: primum ſane per pharmaca, deinde quibus Quintus captus fuerat, praeſtantiſſimus quidem ſui temporis medicorum, urbe autem ejectus, tanquam aegrotantes interimeret. Quare neceſſe eſt ut ei, qui artem philoſophice et ut Aſclepiadis dignum eſt exercet, alterutrum contingat, aut ut Quinto ſimiliter in exilium relegatus praeclara ſenſus praemia reportet: aut calumnias ſuſtinens

νερῶς, εἰ μὲν ἀτολμηρότερος εἴη, τὰ δὲ ἀπολογούμενον, τὰ δὲ ὑποπτήσσοντα, λαγῶ βίον ζῆν, ἀεὶ τρέμοντα καὶ τί πείσεσθαι προσδοκῶντα, πρὸς τῷ καὶ τὴν τῆς γοητείας ὑποψίαν αὐξάνειν. εἰ δ᾽ εὐτονώτερος ὢν ὁμόσε χωρεῖ καὶ διαμάχεται μόνος πολλοῖς πανούργοις ἀνθρώποις καὶ πολλοὺς ἀδοκιμωτάτους τρόπους ἠσκηκόσιν αὐτὸς ἐκ παιδείας καὶ μαθημάτων ὁρμώμενος καὶ τῶν τοιούτων ἄπειρος κακῶν, ἤτοι κατὰ κράτος ἁλόντα, γενέσθαι τὸ λοιπὸν ἐπ᾽ ἐκείνοις, ὅ τι ἂν αὐτῷ χρῆσθαι βουληθῶσιν, ἢ εἴπερ ἐπὶ πλέον ἀντέχοι καὶ διαγωνίζοιτο, τύχῃ τινὶ χρησάμενος θαυμαστῇ. τὸ μὲν οὖν ἀεὶ πολεμεῖν τε καὶ πολεμεῖσθαι τὸν χείριστον τῶν πολέμων, ὃν ὀνομάζουσιν ἐμφύλιον, ἐκφεύγειν μὴ δύνασθαι. συμβαίνειν οὖν ἀναγκαῖον πολλοῖς τῶν οὕτως παρεσκευασμένων καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι τετιμήκασιν ἀλήθειαν εἰλικρινῶς, οὐ διά τι τῶν ἔξωθεν, ἀλλ᾽ αὐτὴν δι᾽ ἑαυτῆς, ὅταν ἅπαξ πειραθῶσι τῆς κατεχούσης τὸν νῦν βίον ἀδικίας καὶ γνῶσι σαφῶς, ὡς οὐδὲν ἔσονται τοῖς ἀνθρώποις ὄφελος, ἐξαναχωρεῖν τοῦ τῶν πολλῶν συρφετοῦ καὶ ὥσπερ χειμῶνι μεγάλῳ

et manifeſto, ſiquidem timidior fuerit, partim reſpondens partim ſubticens leporis vitam degat, ſemper tremens et ut patiatur aliquid exſpectans, praeterquam quod praeſtigii ſuſpicionem augeat. Sin autem animoſior cominus procedat ſolusque cum multis verſutis hominibus ac in plerisque improbatiſſimis fraudum generibus exercitatis decertet, ipſe eruditione et diſciplinis fretus ac talium malignitatum imperitus vel omnino victus obtemperet in poſterum ad omnia illa, in quibus illo uti voluerint: et ſi diutius reſiſtat certetque, mirabili quadam fortuna uſus ſemper certe bellum longe deterrimum, quod inteſtinum nominant, gerere cogetur, cum effugere non poſſit. Accidet igitur neceſſario, multos ita fraudibus oppreſſos et alios qui veritatem ſincere non propter aliquod exterius, ſed ipſam propter ſe honorant, ubi ſemel iniquitatem praeſentis ſeculi fuerint experti noverintque manifeſto, quam nulli ſint mortalium commodo futuri, ex vulgi conſortio diſcedere, tanquam in tempeſtate magna et agita-

καὶ ζάλη πνευμάτων, ἑαυτοὺς γοῦν σῶσαι σπεύδοντας. οὗτοι δὲ τοῖς πολλοῖς μὲν ἄγνωστοι, γνώριμοι δὲ καὶ φίλοι μάλιστα μὲν καὶ πρῶτον θεοῖς, εἶτα τῶν ἀνθρώπων τοῖς ἀρίστοις ἐν ἡσυχίᾳ βιοῦσιν, ἐπιτρέψαντες τοῖς πανούργοις εὐδοκιμεῖν παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις. ἁπάντων δὲ τούτων τὰ αἴτια τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ, τῶν πλουτούντων ἐν ταῖς πόλεσι καὶ δυναμένων ἡ τρυφή. οἱ περαιτέρω ἡδονὴν ἀρετῆς τετιμηκότες ἐν οὐδενὶ λόγῳ τίθενται τούς τι καλὸν ἐγνωκότας, τοῖς δὲ ἄλλοις ὑφηγήσασθαι δυναμένους. ὅλοι δ' ἐπὶ τοῖς τὰς ἡδονὰς ἐκπορίζουσίν εἰσι καὶ τούτους πλουτίζουσι καὶ θαυμάζουσι καὶ ὑψηλοὺς αἴρουσιν, ὥστε τῶν μὲν ὀρχηστῶν καὶ τῶν ἡνιόχων εἰκόνας ποιοῦνται, τοῖς τῶν θεῶν ἀγάλμασι συνέδρους. [831] τοὺς δ' ἀπὸ τῶν μαθημάτων τοσαῦτα τιμῶσιν, ὅσα τῆς χρείας αὐτῶν δέονται. τὸ γὰρ ἐν ἑκάστῳ καλὸν οὐ θεωροῦσιν, οὔτε τῶν δεινῶν αὐτῶν ἀνέχονται, ἀλλὰ γεωμετρίας μὲν καὶ ἀριθμητικῆς ὅσον εἰς ἀναλωμάτων λογισμοὺς καὶ οἰκίας κατασκευὴν, ἀστρονομίας δὲ καὶ μαντικῆς ὅσον εἰς τὸ προγνῶναι τίνων κλη-

tione ventorum ſe ipſos ſaltem ſervare conantes. Hi ſane vulgo quidem incogniti, noti vero et amici maxime quidem et primum diis ipſis, deinde hominum praeſtantiſſimis in quiete vitam agentibus, permittentes fraudulentis iſtis gloriam apud vulgus aucupari et inclareſcere. Omnium horum cauſa hominibus divitum in urbibus et potentum deliciae exiſtant; qui voluptatem virtuti praeponentes in nullo honore habent eos, qui aliquid honeſti noverunt quique alios docere quid poſſunt. Toti autem illis dediti ſunt, qui voluptates ſuppeditant, hos ditant, hos admirantur et in coelum efferunt, nec non hiſtrionum et adulatorum imagines deorum ſtatuis aſſeclas conſtituunt eruditos autem tanti faciunt, quantum opera ipſorum indigent. Nam in unoquoque honeſtum non reſpiciunt, neque peritos ipſos ſuſtinent, ſed geometriam quidem et arithmeticen, quantum ad impenſarum rationem et domus conſtructionem attinet, aſtronomiam vero et divinatoriam, quantum ad praenoſcendum quorum heredes futuri

